2

De diuina inſtitutione Pontificatus Romani Pontificis ſuper totã eccleſiam: a Chriſto in Petro.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

BIBLIOTECA NAZIONALE V. EMANUELE III NA

¶INDEX CAPITVM.

Quid/quomodo & quo ordine tractandum eſt. Cap. I.

¶Petri perſonæ & nō dono reuelationis aut beatitudinis promiſſe ſunt claues. Ca. II.

¶Perſone petri in ſe & nō ſolum in perſona eccleſie promiſſas eſſe claues. Ca. III.

¶Verba chriſti tibi dabo/petro non in perſona omnium apoſtolorum dicta eſſe. Ca. IIII.

¶Apoſtolis aliis nō eſſe alias collatū quod petro. Ca. V.

¶Solum petrum accepiſſe claues/conſonat ei quod eſt eccleſiam accepiſſe claues. Ca. VI.

¶Promiſſum eſſe petro totius eccleſie pontificatum in antedictis promiſſionibus. Ca. VII.

¶Perſone petri q̄uis charitate qualificate dictū eſſe/paſce oues meas. Ca. VIII.

¶Soli petro ita ꝙ non aliis apoſtolis/dictum eſt paſce oues meas. Ca. IX.

¶Petro ſoli vniuerſam cōmitti eccleſiam per hæc uerba chriſti paſce oues meas. Ca. X.

¶Petro per hæc verba/paſce oues meas/cōmiſſum a chriſto pontificatum totius eccleſie. Ca. XI.

¶Petrum habere ex chriſti inſtitutione ſucceſſorē in pontificatu eccleſie catholice. Ca. XII.

¶Romanum pontificem ſuccedere petro in pontificatu totius eccleſie. Ca. XIII.

¶Authoritates ſanctorum āntiquorum & cōciliorum/affirmantes Ro. pontificis ſucceſſoris petri pontificatū ſuꝑ totam eccleſiā a chriſto inſtitutū in petro. Ca. XIIII.

ℂ AD LEONEM ·X· PONT· MAX· De diuina inſtitutione Pontificatus totius eccleſie in perſona Petri Apoſtoli: Libellus Thomæ de Vio Caietani/Cardinalis Sancti Sixti·

ILLVSTREM SAPIENTIBVS ſententiam in vulgarẽ quoq; lucem proferri exigunt Pater beatiſſime: qui ea quæ ſeipſis manifeſta ſunt/ab his quæ per alia nota fiunt non diſcernentes/nodum(ut aiunt)in ſcirpo querunt: & meridiana in luce cecutientes offendũt· Obnubendi ſiquidem Euangelicam claritatem tanta eſt licentia his qui ſua non ſunt ſorte contenti: vt eccleſie vultus licet ſereniſſimus / nouitatum inuolucris perturbetur: quippe quorum ſtudium eſt certa & lucida in queſtionem uertere ac obſcura aliis reddere· Ea propter Petri ſucceſſorumq; eius Romanorum Pontificum principatus tot etates/ tempora atq; ciuitates tranquilla poſſeſſione obtenti ius Euangelico ſole fulgens/impetitum argumentationibus inuoluentibus exercitatos parum in ſacris litteris tueri/tenebris exuere atq; in medium proferre ſic intendimus: vt veritas hæc omnibus luceat/& ꝓpriis ſplendoribus vniuerſe creature penetralia attingat· Habeat igitur catholica eccleſia tibi credita Pater benigniſſime lucubratiunculam hanc pro rudioribus; ne obſcuritatibus obruantur·

¶Quid/ quomodo/ & quo ordine tractandū eſt. Cap. I.

PRINCIPATVS Romani Pontificis ſup̱ vniuerſas Chriſti eccleſias/ q̄uis queſtio⸗nibus multis pulſatus fuerit:noſtro tamē pro poſito vnica inueſtigatione abſoluendus oc currit. Non enim vertitur hic in dubium an Romanus pontifex ſit de facto caput eccleſie: nec an idē poteſtatem habeat a deo eo modo quo iuxta Apoſtolum Ro. xiii. nō eſt poteſtas niſi a deo/ & quæ a deo ſunt ordi⸗nata ſunt: & ſicut poteſtas regia in veteri teſtamento erat a deo:iuxta illud. i. Regum. viii. Audi vocem eorum/ & cō ſtitue ſuper eos regem:eiuſmodi enim omnia aduerſario⸗rum multi affirmant. Sed vertitur in queſtionē an a Chri⸗ſto inſtitutus fuerit Ro. Pontificis ſuper omnes eccleſias⸗principatus in beato Petro:ita ꝙ īſtituerit Chriſtus Petrū cum eius ſucceſſoribus ſuum Vicarium ad gubernandum omnes Chriſti eccleſias. Quo fit vt loca a rationibus & au ctoritatibus affirmantibus Petrum ſeu Romanum pontifi cem fuiſſe ſeu eſſe caput omnium eccleſiarum/ a præſenti ſecreta ſint intentione: & ea dumtaxat afferenda ſint / ex quibus Chriſtum dominum contuliſſe huiuſmodi princi⸗patum Petro ſoli habetur. ¶ Quia vero ex ſacris litteris pendet oīs queſtionis huius veritas: & duo ſunt præcipui textus/ſcilicet Matthe. xvi. Et Io. vltimo/ expreſſe de hoc myſterio loquentes:ideo prīo iuxta vtrūqꝫ textū inueſtigā dum eſt an ſoli Petro verba Chriſti dicta ſint. ¶ Secundo an per hæc ſoli Petro pontificatus totius eccleſie a Chriſto commiſſus ſit. ¶ Tertio an hic totius eccleſie pontificatus Petro a Chriſto cōmiſſus/ſit ab eodem domino datus ſuc⸗ceſſori Petri. ¶ Quarto an ſit a Chriſto hic pontificatus da tus Romano pontifici vt Petri ſucceſſori. ¶ Vt autē primi clara ſit abſolutio. Matthei textus prius diſcutiendus ſic eſt vt in primis tractetur opinio dicentium verba Chriſti nō Petro ſed perſone qualificate: deinde dicentium nō Petro

ſed eccleſie: poſtea dicentiũ Petro & apoſtolis aliis:demũ
negantium ſoli Petro quia eccleſie dicta eſſe. Multifariam
ſiquidem obnubilare conati ſunt dominicã promiſſionẽ
Matthe.xvi. Relatam:tibi dabo claues &c̃. Quidam nãq;
adeo reſtrinxerunt verba hæc:vt perſonam etiã Petri ab
illis eximerent: & ad ſolum diuinum donum in Petro di-
recta intelligunt. Alii etiã reſtringentes & eximẽtes Petri
perſonam/ad ſolam eccleſiã in Petro ſignificatam Chriſti
verba dirigunt. Multi autẽ extenderunt domini promiſſio
nem ad alios apoſtolos: ita ꝙ Petro in perſona omnium
apoſtolorum dicta accipiunt. Sed & nonnulli ſunt admit-
tentes ſoli Petro hæc dicta:principatus tamen ſingularita-
tem collatã Petro negant:eo ꝙ ſimilis poteſtas aliis apo-
ſtolis a Chriſto collata alibi legit̃:puta Matth.xviii. Que-
cunq; alligaueritis ſuper terram: Et alibi. Heſitant deniq;
aliqui quo pacto ſoli Petro claues datas eſſe verificatur &
tamen datas quoq; eccleſie eſſe claues omnes affirmamus.
Quocirca ordine quo numerata ſunt quinq; hec/ſigillatim
tractanda ſunt: præponendo ubiq; rationes dubitandi:ut
oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant.

¶ Petri perſone & non dono reuelationis aut beatitudinis
promiſſe ſunt claues &c̃. Cap. II.

NON deſunt dogmatizantes pontificiam po
teſtatem homini non immediate collatã: ſed
dono virtutis mediãte: ita ꝙ perdito virtutis
dono/perire ſimul pontificiã poteſtatem ne-
ceſſe ſit:tanq̃ virtus glutinũ quoddã ſit iũgẽs
homini pontificatum. Quo fit vt horum iudicio claues nõ
Petri perſone:ſed eius dono collate ſint ĩ aliquo ſingulari
miniſtro/ puta ſacerdote ſeu iuſto quocunq;. ¶ Argumen-
tantur aũt hi ex huius Euangelii textu multipliciter. ¶ Pri- Primo.
mo:quia ante omnia dominus beatitudinẽ Petri affirmat:
dicens beatus es: proculdubio in ſpe vere fidei:nõ incho-

aſſet enim a Symonis beatitudine/niſi ad ſubſequentẽ pō tificatũ ſpectaret huiuſmodi beatitudo:nihil enim imperti

Secũdo nens dixiſſe chriſtum decet. ¶Secũdo ex eo ꝙ dominus adiungit Symon Bariona:hoc eſt filius columbe: vt Hieronymus exponit. Quorſum enim Petrus accepturus põtificatũ / filius colũbe prænominatur? niſi vel eius ſimplicitas colũba ſignificata(iuxta illud : eſtote prudentes ſicut ſerpentes/& ſimplices ſicut columbe:) vel ſpirituſſanctus (qui columba deſignatur:eoꝙ in columbe ſpecie apparuit in chriſti baptiſmo) ad eccleſiaſticũ principatum pertine

Tertio. ret. ¶Tertio ex ratione ſubiuncta:quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Monſtrãt eñ hæc non a carne & ſanguine ſed diuina reuelatiõe inſtruẽdum eſſe qui aliis preficitur in Chriſtiana fide erudiendis.

Quarto ¶Quarto ex eo ꝙ dominus addidit tu es Petrus : & non dixit tu vocaris Petrus(vt gloſa ibi notat:)ob fortitudinẽ fidei & confeſſionis conſtantiam. Hoc enim cũ omnibus præcedentibus ad virtutum munera ſpectat : quæ vt dictũ eſt/aut impertinenter prappoſita ſunt / aut ad principatum tunc ſubſequenter promiſſum oportuna media ſunt.

Quinto ¶Vnde & quinto arguũt ex ſubiuncta prima promiſſione/ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Quum enim iſta ſit prima promiſſio Petro facta(quoniam vt Cyprianus / Hieronymus & Aug. exponunt:per hãc petram demõſtrac̃ ipſe Petrus: inquit enim Hierony. ſup Matth. Edificabo eccleſiam meã ſuper te: & Aug. in lib. Retrac. refert ſeipſum dixiſſe ꝙ in Apoſtolo Petro tanq̃ in petra edificata eſt eccleſia : nec retractat hãc ſententiã. Cypria. quoq; vbi ſupra dicit. Loquitur dñs ad Petrũ: ego dico tibi quia tu es Petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam:ſuper vnum edificat eccleſiam &c̃.) Quũ inquam hæc ſit prima promiſſio facta Petro: & hæc promiſſio nõ immediate / ſed mediante dono firmitatis & ſoliditatis ad perſonam Petri pertineat (vt ipſa domini verba teſtãtur dum non dicit ſuper te:ſed ſuper hanc petram/ hoc eſt ſup

te petram edificabo eccleſiã meam)conſequens eſt vt ſub ſequentes quoq; promiſſiones intelligantur facte perſone Symonis quatenus erat Petrus & filius colũbe & btũs &c̃.

¶ Et confirmatur:quia iſta promiſſio nõ ſolum eſt prima: ſed principalis: nam precipuũ donum Petro collatum eſt eſſe fundamentum eccleſie. Ex hoc autẽ ꝙ hæc promiſſio eſt prima & principalis:conſequens eſt vt alie promiſſiones conſequentes ſequantur naturã principalis:ac per hoc nulla promiſſio eſt facta perſone humanæ niſi mediante dono virtutis: quod erat intentum manifeſtandum. Confirmatio.

¶ Nõ eſt difficile catholico doctori monſtrare falſam eſſe relatã ſententiã/ ducẽdo ad dãnata inconuenientia. Nihil enim aliud eſt huiuſmodi dogma/ q̃ hæreſis quorumcũꝙ dicentium in malis miniſtris non inueniri eccleſiaſticam poteſtatẽ: clauesꝙ eccleſiæ in ſolis & omnibus iuſtis haberi eccleſiamꝙ ex ſolis iuſtis conſtare:quæ omnia reprobata ac damnata eſſe conſtat. ¶ Verum ne hæretici cauſentur ſe opprimi auctoritate prelatorum & nõ Euangelii:ex ipſo Euãgelii textu catholicæ doctrinæ reddẽda eſt ratio Ad cuius euidentiam aduerte duas eſſe in hoc domini ſermone ad Petrũ partes: quarum prima ſecundũ planũ Euangelii contextum ac ſenſum/ad confeſſionem quã Petrus fecerat pertinet: nam nihil aliud cõtinet niſi reuelate confeſſionis actorem/ fructum ſeu præmium: & perſonã ſeu perſone conditionem cui reuelatio facta eſt. Dicendo beatus es/fructum ſeu præmium pronunciat: dicendo Symon Bariona/perſonam ad litteram ſeu conditionem perſone miſtice puta ſimplicitatẽ ſeu ſpiritualitatem aperit: & dicendo quia caro & ſanguis nõ reuelauit ſed pater meus/ actorẽ reuelationis monſtrat:tota ergo prima pars ſermonis ad reuelatã confeſſionẽ ſpectat/& nõ ad futurũ principatũ. Quod vt plenius intelligas/ vide ſingula. Merito ex accepta reuelatione Symõ beatus dicit̃:qm̃ ſi ẜm philoſophiã btũs in hacvita eſt q ad cognitionẽ ſupnarũ ſubſtãtiarũ puenit: & ẜm Euãgelicã veritatẽ beatitudo viatoꝝ in

ſpe vere fidei cōſiſtit(iuxta illud: beati qui non viderunt & crediderunt)longe magis Symon beatus fuit quum ad cognoſcendum trinitatis myſterium peruenit: non innixus reuelationi aliis facte(vt nobis contingit:)ſed reuelationi ſibiipſi interius facte. Ad hanc enim cognitionem Petrū perueniſſe teſtantur verba Petri:teſtatur & dominus:confeſſus eſt enim Petrus:tu eſt Chriſtus filius dei viui: confeſſus fuerat olim Nathanael tu es filius dei Ioan.i. confeſſi fuerāt qui erant in nauicula: vere filius dei es Matth.xiiii. confeſſus fuerat & Petrus in perſona omnium:& nos credimus & cognouimus quia tu es Chriſtus filius dei Io.vi. Nunq̄ tamen dominus beatitudinis præmium appoſuit niſi nunc:quia nunq̄ cōfeſſio facta fuerat ꝙ eſſet filius Dei naturalis/qualem modo Petrus explicauit/ adiungendo illud adiectiuum viui. Hoc enim dupliciter poteſt intelligi. Primo vt ſit adiectiuum determinans ſuum ſubſtantiuum abſolute:vt ita dictum ſit dei viui / tanq̄ dictum fuiſſet dei veri aut dei oīpotentis:Et ſic ꝑ accidēs adiungeretur Petri confeſſioni ad maiorem expreſſionem veri dei ad differētiam deorum lapideorum ſeu mortuorū:vt Saturni/Iouis/ & reliquorum. Alio modo vt determinet ſuū ſubſtantiuū ſcilicet dei in ordine ad filium cuius enūciatur pater/ dum dicitur filius dei viui: & ſic per ſe & eſſentialiter apponit̄ confeſſioni Petri:& conſtituit Petri cōfeſſionem eſſe per ſe eſſentialiter ac formaliter verā:& altiſſimi ſenſus: ſignificatur ſiquidem hinc pleniſſime & formaliter modus quo chriſtus eſt filius dei/ſcilicet ꝙ eſt naturalis filius dei. Et ne altitudo ſenſus ſententiā claram obumbret / manifeſtatur quod dicimus ex differenti filiatione noſtra & Chriſti:cōe nāq; eſt Chriſto & nobis ꝙ ſumus filii dei(ſcd̄m ꝙ de nobis ſcriptum eſt Io.i. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri) ſed nos ſumus filii dei quia vult:iuxta illud Ia.i. Volūtarie enim genuit nos verbo veritatis: chriſtus autem eſt filius dei non quia vult:ſed quia eſt. Ratio ſiquidem quare deus nos genuit filios:eſt ſua voluntas / qua elegit nos: ratio

autem quare deus genuit chriſtum/eſt ſua eſſentia/qua genuit vnigenitum deum/qua & ipſe deus eſt. Hoc autē vocando ancillas ad theologicam arcem (quia viuere viuentibus eſt eſſe: vt dicitur ſecundo de anima) ſignificatum eſt per deum viuū: ex eo nāq; ꝙ viuere viuentibus eſt eſſe idem eſt filius dei viui inquantum viuit/ & filius dei inquātum eſt. Meminit tamen petrus non dei eſſe/neq; dei naturę: ſed dei vitæ: quoniam cuicunq; eſt filius/ cōuenit generare filium nō ea ratione qua eſt/nec ea ratione qua res naturalis eſt: ſed ea ratiōe qua viuit. Quod ſi altius perſpicere cupis: iūge hæc ſimul/ ſcilicet filius dei viui: quū enim cōſtet ex vna parte filium ſonare genitū talem qualis eius parens eſt/& ex altera parte parentem ſignificari deū viuū ſi cointellecta fuerit philoſophica traditio / ſcilicet naturaliſſimum operū eſſe omnibus viuentibus facere tale quale ipſum eſt: vt habetur. ii. de anima. manifeſte videbis ꝙ dicendo filius dei viui/ſignificatur naturalis filius dei: ex eo enim ꝙ filius dei ponitur/genitus a deo dicitur: ex eo autē ꝙ filius dei inquātum eſt viuus ponitur/per naturaliſſimū opus viuenti quatenus viuēs eſt/genitus ſignificatur. Acutiſſime ergo & formaliſſime petri confeſſio chriſtum non adoptiuū dei filium ſed naturalem dei filium manifeſtat/dicendo chriſtū filium dei viui. Et ſi altius adhuc intuiti fuerimus percipiemus in hac reſponſione claudi non ſolum duas trinitatis perſonas filium ſcilicet & patrē / & rationē ac modū gñationis. ſ. ꝙ ille naturalis pr̄ & iſte natural' fili⁹ (vt declaratum eſt) ſed conſubſtātialitatē/ coeternitatē ac coequalitatem vtriuſq;: nā ex eo ꝙ naturalis filius eſt talis qualis eſt pater/& chriſtus dicitur filius dei viui / ſignificatē quoq; ꝙ ipſe eſt deus viuus: & quū non ſint multi dii/ conſignificatur ꝙ eſt vnus deus cum patre: ac per hoc conſubſtantialis coeternus & coequalis. Nec ſpiritusſancti pſona omiſſa eſt: chriſtus enim ſonat vnctum ſpiritusſancto: vt ipſemet petrus declarauit act. x. Quo fit vt hac cōfeſſiōe petrus nō minus diuine trinitatis ac generatiōis myſteriū

docuerit/q̄ Ioannes dicēdo in principio erat verbū & verbum erat apud deum &c̄. Immo licet Ioannes ſpiritualius/ dum ad immaterialem intelligibilemq; gradum penetrauit: petrus tamen perſonas nominibus propriis filii ac per hoc patris & generationem naturalem cum ratione generandi clarius ſignificauit dicens tu es chriſtus filius dei viui: & ideo iure a ſaluatore mundi beatus affirmatur. Ad hunc tam altum huiuſce confeſſionis ſenſum tendiſſe inuenies origenem/chriſoſtomū atq; hylarium. Hūc tam altum iſtius confeſſionis ſenſum teſtatur eccleſia/quotidiana veneratione repetens prima diei hora: chriſte fili dei viui &c̄. Merito quoq; ad eandem reuelationem ſpectat bariona: dupliciter ſiquidem vt Hieronymus dicit poteſt intelligi: vel legendo bariona ideſt filius ione (bar enim idem ſonat quod filius) vel q; vitio ſcriptorum detracta ſit media ſyllaba: quum deberet legi bar ioanna. i. filius ioannis: Symon ſiquidem creditur a multis filius Ioannis: ſecundum tamen veritatem fuit filius ione: vt patet Io. i. Symon filius iona tu vocaberis cephas: licet vitio ſcriptorum latini codices ſint corrupti. Eſt ergo primus ſenſus/ miſticus tamen tu es filius iona ideſt columbe: ſecundus autem literalis: tu es filius iona ſeu ioanna. Vterq; autem ſenſus propoſitum fouet: nam ſi filius exponitur columbe/ſimplicitatem ac ſpiritualitatē perſone ipſius petri tanq̄ habilis ad reuelationem ſuſcipiendam indicat: ad reuelationem nanq; diuinam ſuſcipiendam ſimplicitas & ſpiritualitas maxime preparant: ſpiritus enim ſanctus diſcipline effugiet fictum (vt dicitur Sap. primo) & animalis homo nō percipit que ſunt ſpiritus dei. i. Cor. ii. Si autem filius iona vel ioanna intelligitur/ad confirmationem confeſſe veritatis valde ſpectat: quoniam pertinet ad hoc q; ideo dominus naturalis patris ipſius non petri ſed Symonis meminit: vt ſubiungendo quia caro & ſanguis non reuelauit ſed pater meus/ex hoc ipſo q; patrem ſuū & naturalem patrem Symonis e regione ponit/

tanꝗ diceret beatus es Symon filius ione ſeu ioannis quia non pater tuus ſecundum carnem & ſanguinem reuelauit tibi / ſed pater meus qui in celis eſt: ex hoc inquam ipſo eruditus quiſq; intelligat patrē qui in cœlis eſt ita eſſe naturaliter patrem meū ſicut ionas eſt naturaliter pater tuus. Et hoc iam notauit chriſo. dicens: vanum eſt dicere tu es filius ione vel ioanna/niſi vt oſtendat quoniam ita naturaliter chriſtus eſt filius dei ſicut petrus filius ione: eiuſdem ſubſtantie cum eo qui genuit. Oportuit autem ſaluatorem noſtrum commendare petri confeſſionem/manifeſtando illius actorem & præmiū & cætera: vt petri confeſſio vera habeatur: & ſic ipſe verus ac naturalis filius dei credatur ex petri confeſſione non a carne & ſanguine ſed a cæleſti patre deriuata: niſi enim hoc manifeſtaſſet/confeſſionem petri vt humanum verbum acciperemus: nūc autem vt a deo prolatam ſententiam habemus. Ex quibus omnibus clare patere poteſt / ꝙ hucuſq; nihil ad principatum petri pertinens dictum eſt. ¶ Tota igitur prima pars dominici ad petrum ſermonis circa illius confeſſionem verſatur: & ad approbationē fidei de ſeipſo chriſto filio dei viui pertinet. Secunda autem ad petro promittēdum conuertitur: vnde & inchoat a reddēdo vices ipſi Symoni petro/& ego dico tibi: tanꝗ diceret (vt Hieronymus notauit) tu mihi dixiſti tu es chriſtus filius dei viui / & ego dico tibi tu es petrus & ſuper &c̄. Vbi aduerte non ſolum diuerſas / verum non vnius ſed diuerſorum generum promiſſiōes petro factas eſſe: nam prima promiſſio conſtructionem reſpicit eccleſie/edificabo eccleſiam meam: ſecunda autem auctoritatem/dabo claues regni cœlorū & quodcunq; ſolueris &c̄. Illa ad eccleſie ſubſtantiam iſta ad officium reſpicit: tantumq; inter ſe differunt quantum eſt inter ſubſtantiam & officium diſtantia. Et licet in prima promiſſione triplex inueniatur intellectus: exponēdo per hanc petrā vel chriſtum vel petrum: vel confeſſionē petri/ vt chriſo. exponit: ſi tamē ſubtilius perſpexerimus/ vnicus eſt ſenſus literalis:

hoc eſt ꝙ per hāc petram demonſtratur petrus: aug. enim in libro primo retractationū cap.xxi.lectoris iudicio relinquit quæ duarum ſentētiarum ſit probabilior/ petrus ne an chriſtus demonſtretur per hanc petram. Vnde hac libertate freti/ex ipſo Euangelii textu dicimus per hanc petram petrum demōſtrari: vt patet ex eo ꝙ dn̄s dixit ſuper hanc petram edificabo. Si enim ſeipſum demōſtraſſet/nō dixiſſet edificabo ſed edifico: qm̄ tunc vere ſuper ſeipſum edificabat/faciendo de Symone petrum: ſuper petrum aūt non tunc ſed poſt reſurrectionē edificare cepit:& ꝓpterea dixit in futuro edificabo: acſi aperte diceret/ te quem nunc facio petrum poſtea faciam fundamentum eccleſie meæ. Confirmaturq; hic ſenſus: quia aliter impertinenter premiſiſſet tu es petrus: quū tamen pro maxima re hoc petro dictum Euangelium inſinuet: quum dominus quaſi reddens vices petro (vt predictum eſt) dixerit tu es petrus: quid.n. tam magnum ſonaret eſſe petrū aut quorſum tu es petrus/ niſi ſubſequenter demōſtraretur & ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meam! Vnde Hierony.exponēs hūc locū ait: ſcd̄m aūt metaphoram petre/recte dicitur ei edificabo eccleſiam meam ſuper te. Expoſitio autem chriſo. de confeſſione petri/in idem redit: quoniam cōfeſſio fidei in idē redit cum ſoliditate ſeu firmitate fidei quā denotat petrus non enim differt ab ea niſi tanꝗ actus ab habitu: & rurſus conſtat ꝙ eccleſia magis habet pro fundamento fidem ꝗ fidei confeſſionem. Vnde relinquitur ꝙ ad litterā per hāc petram demōſtratur petrus. Exactius autem loquendo dic hanc petram.i.in te petram/in te ſoliditatē fidei/ in te chriſtum creditum/in te chriſtum confeſſum: vt complectaris omnes ſanctorum expoſitiones: nam ſingule veræ quidē ſunt: ſed partem tantum veritatis explicarunt: fidē ſeu fidei confeſſionem aut petrum vel chriſtum exponentes. Quū autem vtrunq; ſimul iungitur: ita ꝙ & petri perſonā & xp̄i ſeu fidē ſimul ſignificari exponit/ integra veritas / integer ſenſus habetur littere: dicentis nō ſuper petram: ſed ſuper

hāc petrā. Indiuiduat̄ ſiquidē metaphorica petra & fit hæc quia eſt in hoc demōſtrato ſuppoſito: ſicut quodlibet aliud in petro exiſtens indiuiduatur & fit hoc quia eſt in ipſa petri perſona. ¶ Hoc igitur integro ſenſu literali patefacto & admiſſo & amplius aperiendo / ſcito ex Euangelio oēs promiſſiones petro factas cōuenire in hoc: ꝙ omnes ſunt factæ vnicæ perſonæ ipſius Symonis qui dicitur petrus: cui dictū eſt tu es petrus. Manifeſtaturq; ſic eſſe primo de prima promiſſiōe / & deinde de ſecūda. In prima promiſſione tria reſpice: primo tu / ſecūdo es petrus / tertio ſuper hāc petram. Ex pronomine tu / demōſtratur pſona illa cui chriſtus loquebatur: perſona dico / non qualitas aliqua: nam cōſtat pronomē tu demōſtrare ſubſtantiā ſine qualitate etiā apud grammaticos. Rurſus ex pronomine tu monſtratur vnica perſona: vt patet. Ex coniunctione propterea huius quod eſt eſſe petrum ad li tu quum dicitur tu es petrus / ſignificatur aperte affirmari a domino illam vnicam perſonā eſſe petrum: & quia per hanc petram demonſtrat illam eandem petram quā tunc pronomine demonſtratiuo mōſtrabat tu es petrus. Significantiſſime ſiquidem ille articulus hanc / exprimit eandem monſtrari petram de qua tunc erat ſermo / quæ & per pronomen tu es petrus monſtrabatur: & hoc tanto clarius / quanto nulla alia petra tunc monſtrata aut nominata inuenitur in euangelio. Eſſe igitur futurum chriſti eccleſie fundamentum / iungitur huic petre: quæ quia iungitur perſone monſtrate pronoīe tu / oportet intelligere ꝙ eſſe chriſti eccleſie fundamentū promittitur vnice perſone demonſtrate per tu: cui tunc datū eſt ꝙ eſſet petrus. Et vt hoc magis ac magis notares: īchoauit dn̄s & ego dico tibi / nō btitudini tuæ / nō filio colūbe / nō filio reuelatiōis: ſed tibi. De ſecūda aūt ꝓmiſſiōe clariſſime patet quia exprimitur pronomen demonſtratiuum ſubſtātie / dicendo & tibi dabo claues. Oportet nēpe hec valde notare quoniam hinc cōmenta hæreticorum & ſciſmaticoꝝ ſpēcie nus ſancta / ſed re venenoſa cōfutantur: aiunt enim ſuper

petram.i.fidei firmitatem eccleſiã fundatã. Verum dicunt/ ſed diminutũ: quoniam dñs dixit quidem ſuper petrã: ſed nõ hoc ſolum dixit/ſed addidit articulũ hanc/dicens ſuper hanc petrã: quã proculdubio tunc monſtrabat dicens tu es petrus: ſi enim ſuper fidei ſolidũ abſolute edificaturus eſſet nõ dearticulaſſet ſoliditatẽ ad perſonã illã. Sed ſciſmatici perſonalis fundamẽti vnitatẽ a chriſti eccleſia tollere per hec cõmenta nitũtur. Dominus aũt hos omnes preueniẽs ſermonẽ ad Symonẽ petrũ ſub pronomine direxit: incho ans & ego dico tibi/& ſubdens tu es petrus: tu/nõ beatitu do tua aut aliquid eiuſmodi: tu/nõ vos: vt vnitas fundamẽ ti eccleſie/vnitas quoqꝫ perſonalis a chriſto affirmata intel ligatur: dum dicitur tu es petrus/ tu vnus es petrus futurus poſtea fundamẽtũ/ qñ ſuper hãc petrã.i.te petrũ edificabo eccleſiam meam. Duplex aũt aduertenda eſt inter has pro miſſiones differẽtia: prima eſt ꝙ eſſe fundamentũ eccleſie nõ promittitur perſone petri abſolute/ſed quatenus eſt pe trus ſeu petra: claues aũt regni cœloꝝ promittũtur pſone petri abſolute. Et habes hanc differentiã ex euangelio: dũ de primo dicitur & ſuper hanc petrã edificabo eccleſiam meam/& non dixit ſuper te edificabo eccleſiã meã: ꝑ hanc enim petrã demonſtrauit totum quod dixerat tu es petrus: nã petram reddidit ad li petrus/& articulũ hãc reddidit ad pronomen tu: tanꝙ̃ ſi diceret tu es petrus & ſuper te petrã edificabo eccleſiam meã. De clauibus aũt regni cœlorum non dicitur & tibi petro neqꝫ huic petre/ ſed ſimpliciter & abſolute tibi dabo claues: monſtrans per hoc ꝙ dixit tibi/ ꝙ perſone nõ qualitati per petrã ſignificate puta fidei pro/ mittebat claues. Perſone ergo qualificate promiſſum eſt fore chriſti eccleſie fundamentũ: perſone vero nude pro/ miſſe ſunt claues regni cœloꝝ. Altera differẽtia eſt: ꝙ in prima promiſſione petro promittitur eccleſiã ſuſtinendi officiũ/nõ ſe petro ſed chriſto actore: nã nõ dixit & ſuper hãc petrã edificabis eccleſiam meã/ ſed dixit ſuꝑ hanc pe/ tram edificabo eccleſiam meã: tanꝙ̃ ſi diceret tu ſuſtinebis

tanq̃ petra me edificãte eccleſiam meam ſuper te petra. In pmiſſione vero clauiũ aperiendi officiũ & claudendi non ſibi reſeruauit dñs ſed ſe daturũ claues promiſit: vt ille cui dantur agat aperiẽdo vel claudẽdo regnũ cœloꝝ. Hæ ex euãgelii plano ſenſu differentie cõſtant. Ex quibus euidenter colligitur differẽtia inter officiũ petri quo ad poteſtatẽ vtendi clauibus & ſoluẽdi atq; ligãdi/& officiũ eiuſdem ad ſuſtinendã eccleſiã in fide: dum officiũ clauiũ homini cõmittitur: officiũ vero ſuſtinẽdi eccleſiã in fide/ad chriſtũ vt actorẽ/ad petrã vt rationẽ ſuſtinendi/ad hominẽ vero petrũ vt fundamentũ ſuppoſitũq; ſpectare dicitur. Oportet ſiquidẽ hæc diligẽtius contẽplari: vt ſciamus hinc rationẽ reddere poſcentibus nos de ea quæ in nobis eſt fide: ex his enim facile eſt perſpicere q̃ claues regni cœloꝝ non ſunt date ſanctitati ſeu iuſtitie hoĩs: ſed promiſſe ſunt homini futuro paſtori ouium chriſti. ℂ Siquis aũt cõtra hmõi exactam expoſitionẽ verboꝝ euãgelii obiiciat: eo q̃ petrus nõ fuit ex tũc re & nomine petrus: qm̃ nõ perſeuerauit ſolidus ac firmus in fide: ter ſiquidem poſtea dñm negauit: ac per hoc verba dñi ſonãtia in pñti tu es petrus/non ſunt ſic exacte intelligẽda. Aduertat ſic obiiciẽs ſe falli cõfundẽdo firmitatẽ fidei & firmitatẽ charitatis: petrus ſiqdẽ ex tũc factus eſt firmus ĩ fide/dicẽte chriſto tu es petrus: vt Hiero. teſtatur/exponẽs & ego dico tibi nõ ſermone caſſo & nullum opus habẽte / ſed dico tibi quia meũ dixiſſe feciſſe eſt quia tu es petrus. Nec defecit negãdo dñm in fide quæ in corde eſt/q̃uis defecerit in cõfeſſione fidei: hoꝝ enim diſtinctio a Paulo aplõ manifeſtata eſt ad Rom̃.x. corde creditur ad iuſtitiam/ore cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Teſtaĩ ſiquidẽ dñs petrũ non defeciſſe in fide Luc.xxii. dicẽs ego rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua: cõſtat enim chriſtũ in oĩbus exauditũ fuiſſe pro ſua reuerentia: vt dicitur Hebræ.ca.v. Defeciſſe aũt ipſum in charitate/& periuriũ manifeſtat/ & dñs teſtatur ſubiungẽs & tu aliqñ cõuerſus cõfirma fratres tuos: auerſus enim fuit a charitate chriſti/non a fide. Perſe

ueraunit ergo ſemper petrus.

Ad tres prīas ob iectio nes. ¶His premiſſis ad obiectiones in oppoſitum dicendū eſt Et circa tres primas non oportet inſiſtere: quia iam declaratum eſt ꝙ impertinentes ſunt: nam ad confeſſionē petri ſpectant omnia quæ in eis afferuntur. ¶Ad alias vero obiectiones ex illis verbis tu es petrus & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam / dicitur ꝙ hæc quidem ſpectāt ad pontificalem gradum / non ſcd̄m officium clauium / ſed ſcd̄m officium fundamēti. Et ex propoſito dominus dixit nō tu vocaberis petrus / ſed tu es petrus: vt affirmaret tu es petrus re & noīe: hoc eſt tu es ſolidus / firmus / conſtās &c̄. in fide tanq̄ petra: vt leo / gre. bedaꝗ exponūt. Nec ex his aliud poteſt inferri niſi ꝙ ſoli habenti fidem conuenit eſſe fundamentū ſuſtinendi eccleſiam in fide: quod gratis concedimus: nā ex hoc nō habetur ꝙ eſſe fundamentū mediāte charitate ſeu iuſtitia cōueniat petro / ſed mediāte fide. Et rurſus hinc nō habetur ꝙ eſſe fundamentū promiſſum ſit fidei ſimpliciter & abſolute: ac ꝑ hoc ꝓmiſſum ſit cuicūꝗ in quo inuenitur fides: quoniam chriſtus nō dixit & ſuper petram / ſed dearticulauit eam ad perſonam / adiungens li hanc / dicendo ſuper hāc petram: proculdubio enim petra tunc demonſtrata per premiſſa verba tu es petrus / repetit: vt qui modo eſt petrus futurus ſit fundamentū. Quocirca clare patet ꝙ ſicut ſolus Symon demonſtratus eſt dicendo tu es petrus / ſolus quoꝗ repetitus eſt dicendo & ſuper hāc petram edificabo eccleſiam meam. Nulla ergo promiſſio facta eſt dono virtutis abſolute: ſed ſola prima inter eas ſcilicet edificatio eccleſie facta eſt dono fidei / non in quocūꝗ ſed in perſona futuri paſtoris ouiū chriſti.

Ad con firmatio nem. ¶Ad confirmationem autē inferentē ſimile eſſe iudiciū de officio clauiū & officio fundamēti: reſpondetur ꝙ ex differētibus verbis domini manifeſte declaratum eſt nō eſſe ſimile de vtroꝗ iudicium. Et licet acceſſorium ſequatur naturā principalis cæteris paribus: vbi tn̄ (vt in propoſito) maxima eſt in cæteris diſparitas / nō oportet ſecūdariū aſſimilari principali.

Mani-

Manifeſtatur autẽ maxima diſparitas in hoc / ꝙ in officio fundamenti homo ſe habet quaſi totaliter paſſiue : dicente chriſto ego edificabo ſuper te petro : in officio autẽ clauiũ nõ dixit ego aperiam aut claudam/ ſed abſolute tibi dabo claues regni cœlorum. Non eſt propterea mirum ſi aliter promiſſum eſt fundamenti officium & aliter officium cla-uium:illud mediante firmitate fidei/iſtud homini abſolute Conſentanea eſt autem huiuſmodi differentia a chriſto in ſtituta humanæ etiam rationi : nam vſus clauiũ ſiue rectus ſiue abuſus fuerit non in vniuerſalẽ redundat eccleſiã: offi-cium autẽ ſuſtinendi fidem ſi aberraret/eccleſia vniuerſalis rueret:de qua tamen dominus dicit & porte inferi nõ pre ualebunt aduerſus eã.Promiſſe ſunt ergo claues regni cœ-lorum non dono virtutis(vt hæretici fingunt)ſed perſone Symonis petri futuri paſtoris ouium & agnoꝝ chriſti.

¶ Perſonæ petri in ſe & non ſolum in perſona eccleſiæ promiſſas eſſe claues. Ca. III.

NON LONGE A PRIORIBVS RECE-dũt affirmãtes claues regni celoꝝ non petro ſed eccleſie a xp̃o promiſſas/dicẽte tibi dabo claues regni cœlorum : tanq̃ dixerit tibi hoc eſt eccleſie ſignificate per te/nõ tibi dabo cla-ues regni cœlorum.Nam iſtis cum prioribus cõmune eſt & eximere petrũ ab hac domini promiſſione/ & nulli ſin-gulari homini datas eſſe claues/ſed dono dei promiſſas eẽ claues:ſolum in hoc differunt/ꝙ priores dono dei in quo-libet iuſto aut ſaltem ĩ quolibet ſacerdote / iſti dono dei in eccleſia inuento claues datas aſſeuerant:eo ꝙ petro nõ vt vni homini ſed vt perſonam gerebat eccleſie chriſtum di-xiſſe contẽdunt tibi dabo claues regni cœlorũ: nitunturq; hoc multis argumentis aſtruere . ¶ Vnde primo arguũt. Chriſtus exponit ſeipſum in euangelio cui loquatur & cui tradat claues dicens:beatus es Symon bariona/caro & ſan Primo.

guis non reuelauit ſed pater meus q eſt in cœlis. Vbi apte petrus in hac perſona non eſt petrus/nō eſt caro neq̧ ſanguis/non Symon bariona: omnino petrus extra hominē ponitur/ & iam non eſt ulla perſona per ſe / ſed reuelantis patris auditor cui dantur claues. Nulli ergo priuato homini date ſunt claues / ſed ſoli eccleſie: quia de nullo priuato homine certi ſumus habeat necne reuelationem patris: eccleſia autem ipſa eſt de qua dubitare nō licet: ipſa eſt ergo

Secūdo ille petrus auditor reuelationis & acceptator clauiū. ¶ Secundo ex cohercētibus. Chriſtus enim poſt glorioſam iſtā petri commendationem quum ei petrus prohibuit ne moreretur reprehendit petrum: vade poſt me ſathana/non.n. ſapis ea quæ dei ſunt. Vt ex ſubſecuta poſt commendationem vituperatione clarum fiat illum ſuperiorem petrum qui claues accepit/nō fuiſſe petrum filium bariona/ſed eccleſiam filiam dei: quæ verbo dei genita/verbum dei audit & confitetur perſeueranter in finem / non aliquando non ſapiēs quæ dei ſunt / nec vnq̄ retro abire iuſſa ſicut petrus.

Tertio. ¶ Tertio ex eo ꝙ chriſtus dixit / ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam: hoc eſt ſupra fidem a petro totius eccleſie perſona confeſſam: ac per hoc in qualibet eccleſia

Confirmatio. vbi eſt fidei petra illic & claues. ¶ Firmatur autem hoc: quia nec ipſe petrus petra fuit in eadem perſeuerans confeſſione: quoniā mox poſt acceptas claues errauit: & tamē non ſunt ei claues rurſum allate: quare non in ſua ſed eccleſie perſona eas accepit.

Quarto ¶ Quarto. quando papa eligitur an ſecum affert claues vel non? ſi affert/ergo erat papa anteq̄ eligeretur: ſi non affert/ a quo accepit? nunquid ab angelo de cœlo? nonne ab eccleſia? Item quando papa moritur cui relinquit claues/niſi eccleſie a qua accepit? qd igitur poteſt dici contra hanc euidentiſſimam experientiam / optimam euangelii interpretem claues nec petro nec ſucceſſori ſed ſoli eccleſie datas? a qua tanq̄ miniſter accepit vſurus eis ſacerdos in qualibet eccleſia.

Quinto ¶ Quinto formatur argumentū ſimilis forme argumēto quo Paulus

Rom.iiii. & gala.iiii. vtitur dicens: ꝙ ſicut abrahe ex fide reputata eſt iuſtitia / ita & omnibus qui credunt reputabitur ad iuſtitiam. Quare etiam hic ſimiliter: ſi petro habenti reuelationem patris & chriſtum cōfitenti claues dantur: ita neceſſe eſt homini ſimiliter confitenti & reuelationem habenti claues donatas eſſe: quod nulli niſi eccleſie conuenire poteſt: quum nullus ſingularis fidelis conſtanter certo ac perſeueranter habere poſſit hanc confeſſionem: vt etiā de ipſo petro patet. ¶ Sexto: quia non ſolum (vt aug. i. lib. de doct. chriſtiana ca. xvii. teſtatur) has claues chriſtus dedit eccleſie ſue / vt quecunqꝫ ſolueret in terra ſoluta eſſent & in cœlis: ſed etiam vt ipſe teſtatur ſuper Io. petrus apoſtolus propter apoſtolatus ſui primatum eccleſie gerebat figurata generalitate perſonam: in perſona ergo non ſua ſed eccleſie claues accepit. ¶ Quod ex aug. verbis ibidem amplius firmatur: quum dicit. Quod enim ad ipſum petrū proprie pertinet / natura vnus homo erat / gratia vnus chriſtianus / abundantiore gratia vnus idemqꝫ primus apoſtolus: ſed quando ei dictum eſt / tibi dabo claues regni cœlorum / vniuerſam ſignificabat eccleſiam. ¶ Confirmaturqꝫ eadem ſententia ex verbis eiuſdem aug. pſal. cviii. Sicut quedam dicuntur que ad apoſtolum petrum pertinere videntur / neqꝫ tamen habent illuſtrem intellectum niſi quū referuntur ad eccleſiam / cuius ille agnoſcitur in figura geſſiſſe perſonam / propter primatum quem in diſcipulis habuit: ſicut eſt / tibi dabo claues regni cœlorū: ita iudas perſonam ſuſtinet inimicoꝝ chriſti Ex his .n. verbis apparet petrū non in ſua ſed eccleſie figurata perſona claues ſuſcepiſſe / dum hic dicitur non haberi illuſtrē intellectū niſi ad eccleſiam referat: & ibi cōtra perſonales cōditiones petri aduerſatiua coniunctione ſubditur / ſed quando ei dictum eſt, tibi dabo / eccleſiā ſignificauit. ¶ Et confirmatur rurſus auctoritate euāgeliſte deſcribentis interrogāti chriſto quē dicunt homines eſſe filium hominis / nullum certum diſcipulum reſpondiſſe opiniones que de eo erant: interrogāti

Sexto. Prima cōfirmatio. Secūda Tertia.

vero de ſe apoſtolos vnum certum petrum reſpondere & conſtanter abſoluere ac pronunciare fidei confeſſionem: vt veram chriſti cognitionem in vnitate & firmitate conſiſtere/non multorum opinionibus velut arundinem agitari doceret. Tenet ergo petrus eccleſie vnitatis figuram.

Quarta confirmatio. ¶ Accedit ad hæc cipria. auctoritas habita. xxiiii. q. i. loquitur dn̄s. dicẽtis: q̄uis ap̄lis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuã parem tribuat poteſtatem/ tamẽ vt vnitatem manifeſtaret vnitatis eiuſdem originem ab vno incipientẽ auctoritate ſua diſpoſuit: hoc vtiq̧ erant cæteri apoſtoli quod petrus fuit/pari conſortio prædití & honoris & poteſtatis: ſed exordium ab vnitate proficiſcitur/vt eccleſia chriſti vna mõſtretur. Vnde nõ vnus ſed vnitas claues accepit: vt atteſtãtur etiam capitula omnibus. et quodcunq̧. xxiiii. q. i. ex Hierony. & Aug.

¶ Ad euidentiam horum conſiderandum eſt vnum dici a ſanctis: ſcilicet petrum ſignificaſſe eccleſiam quum claues accepit. Duo autem exponi ſeu deduci. Primũ eſt: eccleſia accepit claues quũ petrus claues accepit: ſecũdum eſt ꝙ pſona petri nõ accepit claues. Vnde dupliciter cõtingit hic errare: vel negando primum/vel affirmando ſecũdum. Et negare quidem petrum eccleſiam ſignificaſſe/eſt contradicere expoſitioni ſanctorum. Affirmare autem eccleſiã ſic accepiſſe claues ꝙ perſona petri non acceperit / error eſt pluſq̄ hæreticus: quoniam euangelica per hoc negatur hiſtoria/& hiſtoria in parabolam vertitur. Parum dixi: quonia m omnis etiam veteris teſtamenti hiſtoria in parabolã verteretur. Declaro ſingula: ſi enim petro non in perſona propria ſed ſolummodo in perſona ſignificate per eum eccleſie / promiſſe ſunt claues quum dictũ eſt ei & tibi dabo claues &c̃. parabolicus petrus inducitur: & nõ narratur hiſtoria ſed parabola/quum dicitur venit Ieſus in partes cæſaree philippi & interrogauit diſcipulos ſuos / cũ reliquis quæ ſequuntur. Et eadem licentia qua hec hiſtoria vertitur in parabolam/omnis alia hiſtoria nõ ſolum noui ſed etiã

veteris teſtamenti in parabolam verti poteſt:ſcriptum eſt enim / omnia in figura cõtingebant illis. Si enim quia petrus figuram gerebat eccleſie/ parabolicus ponitur & non in propria perſona circa claues/parabolam quoq; neceſſe eſt fateri de martha & Maria / quæ figuram gerebant vitæ actiue & contemplatiue:parabole quoq; erũt reſuſcitationes trium mortuorũ a chriſto/quia figuram gerebant triũ generum peccatorum/ſpiritualiter reſurgẽtium : quinimo & mors chriſti & reſurrectio parabola erit : quia illa nos mortuos peccato:iſta nos in nouitate vite ſignificat:& breuiter vniuerſa ruit rerum geſtarum fides in ſacra ſcriptura ex hac licentia. Vera autem & probata ſententia eſt/ dupliciter aliquid ſignificari: vno modo per modum parabole: ſicut filius prodigus ſignificat peccatorem/& operarii cõducti ad vineam ſignificant cultores dei in chriſti eccleſia & ſic de aliis. Alio modo per modum rei geſte : ita ꝙ res vere geſta ſignificat rem aliam ; ſicut trãſitus hebræorum per mare rubrum/ ſignificat trãſitum noſtrum de vitiis ad virtutem:& aduentus magorum adorantium chriſtum/ſignificat viatorum progreſſum ad cæleſtem patriã. Inter hos autem ſignificandi modos hæc eſt ad propoſitum diſparitas:ꝙ in parabolica ſignificatione nulla eſt cura de ſignificantibus perſonis ſecundum ſeipſas:quoniam ad ſignificandum tantum deſcribuntur: quemadmodum apud poetas fit in comædiis & tragædiis. Quũ autem res geſta ſignificat/oportet primo omnem curam adhibere ad rem quæ geritur & ad perſonas ſecundum ſeipſas : quia ſenſus litteralis in hoc cõſiſtit:ex quo ſolo ſecundum dio. & aug. efficax trahitur argumẽtũ. Vnde oportet primo verificare in hiſtoriis res geſtas & dictas de perſonis ſecũdũ ſeipſas ad veritatem fidei:& deinde poteſt ſuperaddi ſenſus ſpiritualis/quo res geſta ſignificat aliam/quo perſona hiſtorica figurat aliquid aliud:& hoc ad edificationem chriſtifideliũ non ad comprobandum ea fidei quæ in cõtrouerſiam veniunt. Quocirca oportet primo ad veritatem fidei ſaluan-

dam ſenſum hiſtoricum tenere: & perſonam petri nō ver/
tere in perſonam parabolicam quum de fide agitur hiſto/
riæ/& ſenſus litteralis inueſtigatur euangelicæ hiſtoriæ qn̄
venit Ieſus in partes cæſareæ philippi & interrogauit pri/
mo ac ſecundo/audiuit reſponſiones primo diſcipulorum
deinde petri:reſpondit petro/dixit promiſitq; claues regni
cœlorum. Et firmata veritate ſenſus litteralis ꝙ ꝑſone pe/
tri dictum promiſſumq; eſt/ ſuperaddere licet ſenſum mi/
ſticum quo petrus figurat eccleſiam:ſicut apparet in ſimili/
bus/puta in ſignificatione vitæ actiue per martham(cui di
ctum eſt/ſollicita es & turbaris erga plurima)& contem/
platiue per Mariam: de qua dictum eſt/ optimam partem
elegit quæ non auferetur ab ea:& ſic de aliis.Patet ergo ꝙ
petro in perſona eccleſie promiſſas eſſe claues / verum eſt
ſic vt perſone ipſius petri primo & ad litteram promiſſe
ſint:quia illud verificatur ſecundum ſenſum miſticum/hoc
autem ſecundum ſenſum litteralem.

Ad pri/mum. ¶ Ad primum ergo in oppoſitum dicitur clarum ex ante
dictis eſſe verba illa domini (beatus es Symon bariona/
quia caro & ſanguis non reuelauit ſed pater meus)non ad
petri primatum ſed ad ipſius confeſſionem & cōfeſſionis
fructum ſpectare : & propterea tanq̄ impertinentia longe
ſunt a propoſito ſecundum litteralem ſenſum.Has autem
petri conditiones trahere miſtica interpretatione ad eccle
ſiam/q̄uis ſuſtineri poſſit: intollerabile tamē eſt vt ſenſus
miſticus excludat litteralem/petrus excludat ſeipſum / au/
ditor excludat eum qui audit / & Symon ioannis vertatur
in parabolicam perſonam.

Ad ſecū/dum. ¶ Ad ſecundum vero dicitur
falſo interpretari finem cur poſt tantam commendationē
petrus reprehenſus fuerit: nam ſm planum littere ſenſum
cōmendatꝰ primo ꝑſona petri ratione diuini doni/ deinde
reprehenditur ratione proprii ſenſus:neutrum autem ſecū
dum hiſtoriæ fidem ſpectat ad alium q̄ ad petrum:quoniā
tam commendatio q̄ reprehenſio perſonalis fuit.Secus au
tem eſt ſecundum ſenſum miſticum : quo quilibet proprii

ſenſus & affectus in petro reprehēditur/& quilibet diuinæ reuelationis ſectator in petro commendatur. ¶ Ad tertiū dicitur per hanc petram demonſtrari ad litteram fidem in hoc.i.petro: vt ex dictis patet. Et propterea non ſequitur ꝙ cuilibet ꝑtiali eccleſie vbi eſt fides/equaliter date ſint claues: ſed ſufficit cuilibet fideli eccleſie datas eſſe in totius eccleſie capite quod eſt hæc petra/ſuper quam chriſtus edificat eccleſiam ſuam. ¶ Et ad confirmationē dicitur ꝙ licet petrus errauerit/non tamen deſiit eſſe petra: tum quia per illa verba quæ obiiciuntur/abſit a te domine non erit tibi hoc/petrus nec fidem nec charitatē perdidit. Vnde & dominus non dixit ei vade ſathana (vt tentatori dixerat) ſed modificauit dicens vade poſt me ſathana: tanq̄ diceret ſequ me debes non ego affectum tuum. Tum quia vt predictum eſt/quum poſtea chriſtum negauit/fidem non perdidit/ſed petra fidei perſeuerauit in corde. Et tñ vt theophi. Luc.xxii. notauit/chriſtus iterū ipſum in apoſtolico gradu reſtituit dicens confirma fratres tuos. ¶ Ad quartum dicitur: ꝙ quum papa eligitur/neq̄ ſecum claues affert neq̄ ab eccleſia illas accipit: ſed a chriſto/nō noua traditione/ ſed antiqua illamet qua tradidit petro. Eccleſia ſiquidem miniſterio electionis perſonā deputat quæ petro ſuccedat: chriſtus autē ipſe in beato petro cuilibet ſucceſſori claues tradidit: & propterea vana eſt queſtio a quo accipit aut cui relinquit moriens? verbum enim chriſti ſemper viuum dat claues cuilibet ſuccedēti/& nō vnus alteri relinquit. ¶ Ad quintū dicitur argumentū eſſe ſimilis forme/ſed diſſimilis materie: & ꝓpterea nō tenet̃. Iuſtitia ſiquidē & fides bona ſunt aīe/ad vtilitatē ipſius credētis & iuſti: claues aūt ꝑtātē ſignificant/ad aliorum regimen ordinatam: & ideo licet cuilibet credenti imitanti abraham reputetur fides ad iuſtitiam ſicut abrahe: non tamen cuilibet credenti & confitēti chriſtum/ immo nec cuilibet petre imitāti petrum in fide dari oportet claues.i.poteſtatē aperiendi & claudēdi aliis: ſicut nec cuilibet imitanti fidem abrahe datur ꝙ ſit pater

Ad tertium.
Ad con cōfirmationem.
Ad quartum.
Ad quintum.

multarum gentium/ꝙ in ſemine ſuo benedicantur omnes gentes: quæ tamen abrahe credenti data ſunt. Quod autē additur/ nulli niſi eccleſie conuenire poſſe cōſtanter certo ac perſeueranter habere petri confeſſionem / ſi ad ſingulares perſonas refertur: Paulus apoſtolus ad Rom.viii. confutat dicēs: quis nos ſeparabit a charitate chriſti: tribulatio an anguſtia &c. & ſubdit certus ſum enim &c. loquens ad litteram de electis. Q đ ſi non contra rem ſed cōtra notitiam noſtram arguitur: quia nos neſcimus quis perſeuerabit: facile ſatiſfit per hoc ꝙ deus ſuauiter diſponens oīa/ non exigit ab homine maiorem certitudinem ea quæ eſt fidei & humani moris: a fructibus ſcilicet eorū cognoſcē-

Ad.vi. do homines. ¶ Ad ſextum dicitur verum eſſe & ꝙ eccleſie date ſunt claues/ & ꝙ petrus perſonam eccleſie figurate gerebat/ & ꝙ vnitas petri vnitatem eccleſie ſignificauit. Sed in hoc falluntur argumenta ꝙ ex his veritatibus in aliam veritatem inſurgunt: hæ ſiquidem veritates non contrariãtur huic alii veritati ꝙ petrus in propria perſona accepit claues: ſunt hæc enim omnia ſimul vera. Et primū quidē & vltimum vt.vi. patebit ca. ad veritatē ſenſus litteralis ſpectant: quoniam ad litteram petrus in propria perſona ſic accepit claues ꝙ etiam eccleſia accepit eaſdē Reliqua autem ad miſtici ſenſus veritatem ſpectant: ſecūdum ſpiritualem ſiquidem ſenſum vnus petrus vnitatem eccleſie ſi-

Ad confirmationem. gnificat/ & vlēm eccleſiã repreſentat. ¶ Vnde cypria. hierony. & aug. dicta quæ obiiciendo allata ſunt / veriſſima ſunt: ſed iuxta ſenſum miſticū. Sed non aduerſantur ſenſui litterali: quo (vt euangelica teſtatur hiſtoria) ipſe petrus in propria pſona cui reuelatio facta eſt reſpondit clauiūꝙ

Clarificatio verborū aug. promiſſionē accepit. ¶ Ad clariorem tamen notitiam habendã verboꝝ aug. ſcito duplicē euangelii ſenſum hoceſt litteralem (quo verificatur tibi.i. petro dabo claues regni cœlorum) & miſticū (quo verificatur tibi.i. eccleſie ſignificate per te/ dabo claues regni cœlorum) eſſe ab aug. comparatum: non penes verum vel falſum: ſed penes clarum

vel minus

vel minus clarum. Ad ſenſum ſiquidem miſticum ſpectat ꝙ petrus gerat in figura perſonã eccleſie: ſicut ad ſenſum miſticum pertinet ꝙ iudas gerat perſonam inimicorum chriſti: ad litteram autem ipſe iudas erat chriſti inimicus/ & ipſe petrus eſt cui promiſſe ſunt claues. Vnde aug. quia ſenſus miſticus clarior eſt q̄ ſenſus litteralis in propoſito (vt teſtanẽ tot queſtiones quæ circa ſenſum litteralẽ emergunt) & ſenſus miſticus ita eſt oĩbus manifeſtus vt etiam vulgares ſciãt claues eſſe eccleſie/comparauit ſenſum litteralem (iuxta quem claues promiſſe ſunt perſone petri futuri paſtoris totius eccleſie) ad ſenſum miſticum/iuxta quẽ claues promiſſe ſunt petro in figura eccleſie: & dixit ꝙ miſticus ſenſus eſt clarior: hoc enim ſonãt illa verba/ non habent illuſtrem intellectum niſi ad eccleſiã referantur, cuius ille geſſit in figura perſonam. Negauit ſiquidem illuſtrem & non negauit verum intellectum niſi ad eccleſiam referãtur: conſtat enim illuſtre ad claritatem pertinere. Et hoc intendere aug. patet ex cõtextu: volens enim exponere pſal. illum/deus laudem meã/partim de iuda partim de populo iudæorum inimico chriſti / premittit: ſi autẽ de tali genere malorum. i. inimicorum chriſti ingratorum iudæorũ oĩa mihi videntur poſſe clarius aperiri: & ſtatim ſubdit verba allata. Vbi clare videre quilibet poteſt nõ derogari veritati ſenſus litteralis (quo perſone petri ſunt claues ꝓmiſſe) ex hoc ꝙ ſenſus iſte non eſt ita clarus ſicut miſticus: neq enim ſolus eſt textus iſte talis/ ſed innumeros habet in ſacra ſcriptura conſodales: quorum ſenſus illuſtris non niſi miſticus eſt. ¶ Allata quoq verba aug. ſuper Io. nõ negãt petro ſecundum propriam perſonam dictũ eſſe/tibi dabo claues: ſed affirmant petro in perſona eccleſie ſignificate dictum eſſe tibi dabo claues. Ex hac aũt vera affirmatione non ſequi negationem illius alterius veritatis ſatis patet. Ad vim autem quæ fit in coniunctione aduerſatiua/reſpõdetur ꝙ coniunctio illa augmẽtatiua eſt: iuxta frequẽtiſſimum loquendi vſum/ quo dicimus aliquẽ virtute bonum

Ad verba aug. ſuper Io.

virum ſed officio bonum ciuem: & ſimilia. Tanq̃ enumeratis aug. quibuſdam perſonalibus petri conditionibus abſtraxerit conditionem petri/ tranſcundo ad extenſionem eius in vniuerſam eccleſiam ſignificatiue: cũ qua figuratiua conditione ſtat ꝙ per proprietatem paſtoralis officii idem petrus ad vniuerſam ſe extendat eccleſiam: q̃uis hoc non ſit ibi ab aug explicatum: qui de petro & Ioanne miſtice tractabat/ vt ille actiue iſte contemplatiue vitæ perſonam gerebat. Vnde quum infertur ꝙ non vnus ſed vnitas claues accepit: pro quanto affirmatur vnitatem claues accepiſſe/ verum dicitur / ſicut verum eſt eccleſiam accepiſſe claues: quatenus vero negatur vnum petrum accepiſſe claues/ aut falſum dicitur aut pie exponẽdum eſt. Nam ſi ideo negat̃ vnus vt negetur petrus/ falſum dicitur contra euãgelicam hiſtoriam: ſi autem ideo negatur vnus/ vt negetur ſolitudo perſonalis hoc eſt vt petrus non acceperit claues ſecum ſepeliendas / ſed vt in ipſo eccleſia vſq; ad finem ſeculi duratura claues acceperit / verum dicitur: ſic enim non vnus. i. pro ſe tantũ/ ſed vnitas eccleſie in illo vno claues accepit. In nullo tamen citatorum locorum habetur negatiua iſta: non vnus claues accepit. Et ex his quæ diximus/ ſoluẽdas ſimiles obiectiones relinquimus: vt nõ ſit opus omnia que obiici poſſunt afferre. Reliqua ex Cypri. allata de paritate apoſtoloꝝ/ inferius loco ſuo patebunt.

Ad allata ex cypria.

¶ Verba chriſti/ tibi dabo claues/ petro non in perſona omnium apoſtolorum dicta eſſe. Ca. IIII.

EXCLVSIS PRIORIBVS ERRORIbus/ tractanda eſt eoꝝ opinio qui petro intelligunt in perſona omniũ apoſtoloꝝ dictum a chriſto/ tibi dabo claues &c̃. ¶ Afferunt aũt ad hoc argumẽta quattuor. Primũ ex interrogatione dñi: nã non petrũ ſolum/ ſed cõiter omnes interrogauit/ vos aũt quẽ me eſſe dicitis? ¶ Secundũ ex perſona petri: quia petrus primus oĩm erat apl̃oꝝ / & perſonã oĩm

Primo.

Secũdo

induit pro oĩbus reſpondẽdo. Vnde chriſo. dicit. oĩbus diſcipulis interrogatis/ petrus tāq̄ os apl'oꝝ & caput ꝓ oĩbus reſpondet. ℂ Et confirmat̃: quia niſi in ꝑſona oĩm petrus reſpondiſſet/ fuiſſet expectanda aliorum reſponſio: aut rei fuiſſent alii apoſtoli omiſſe reſpõſionis ad interrogationẽ dñi/ vos autem quẽ me eſſe dicitis? ℂ Tertiũ ex fructu: quia claues regni celoꝝ date ſunt oĩbus apl'is. ℂ Quartũ ex cõibus: quia chriſtus dixit: quod vni dico/ omnibus dico. Confirmatio. Tertio. Quarto

ℂ Anteq̄ aũt ad hæc rñdeatur/ ex plano ſenſu textus euãgelici monſtrandũ eſt directa eſſe hæc dñi verba ad petrum ſolũ. ℂ Patet ſiqdẽ hoc primo ex principio ſermonis dñici ad petrũ quũ dixit/ beatus es Symon bariona: hoc. n. non poteſt referri vere ad oẽs. Tũ quia exprimit̃ ꝓpriũ nomẽ Symonis: & explicat̃: cuius ſit ſᷓm carnẽ filius/ dicẽdo bariona. i. filius ione. Tũ quia falſum hoc fuiſſet de iuda: qm̄ nõ credidit in xp̄m: vt teſtat̃ Io. vi. ca. quũ refert dñm dixiſſe/ ſed ſunt quidã ex vobis q nõ credũt: & ſtatim ſubdit rõnẽ dicti ſciebat. n. ab initio Ieſus q eſſent credẽtes & quis traditurus eſſet eũ. Et rurſus in calce eiuſdẽ ca. dicẽte petro ꝓ xii. apl'is/ & nos credimus & cognouimus qa tu es xp̄s filiꝰ dei/ reſpõdit eis Ieſus: nõne ego vos. xii. elegi/ & ex vobis vnus diabolus eſt? nõ poteſt ergo verificari ꝙ ad oẽs apl'os dictũ ſit btũs es: quũ vnus eorum nõ crederet & diabolus eſſet. ℂ Secũdo ex ſubiũcta rõne/ quia caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pr̃ meus q eſt in celis. Nã ex his dñi verbis cõſtat petro reuelationẽ factã eſſe a celeſti patre: ita ꝙ hoc negare eſſet contrarium fidei: ſed non propterea hinc cõſtat aliis apoſtolis hmõi reuelationẽ eſſe factã: ſcriptura enim hoc non tradit: & propterea eadẽ facilitate contẽnitur qua affirmatur. Conſtat igitur hinc ꝙ ad petrum verba diriguntur: & non conſtat ꝙ ad alios extenduntur. ℂ Tertio ex ſubiuncta affirmatione/ tu es petrus: monſtrat enim & pronomen tu & nomen ſibi prius impoſitum a chriſto Io. primo tu vocaberis cephas quod interpretatur petrus/ ꝙ ad ſolum petrum ſermo dirigitur. Nam ſi per

pronomen demonſtratiuum ad ſenſum / adiūctis & noīe proprio a natiuitate ſcilicet Symon/& nomine patris carnalis / & nomine quo ſolus cognominatus eſt a chriſto a principio diſcipulatus ſcilicet petrus/& interiori dono reuelationis quod non conſtat aliis fuiſſe conceſſum/nō ſufficienter ſignificatum eſt ꝙ ad ipſum ſolum eſt ſermo/quibus queſo verbis deſcribēdum fuit ab euangeliſta ꝙ ad ſolum petrum erat ſermo? Et confirmatur:quia eodem pronomine demonſtratiuo ad ſenſum vſus eſt dominus ſubiungens/&tibi dabo &c̄. Et confirmatur ex eo: ꝙ non pluribus nec maioribus circunſtantiis deſcribuntur & nominantur a notariis perſone heredes aut legatarie q̄ perſona petri in hoc textu deſcripta ac nominata eſt: vt patet colligendo/Symonē filium ione/petrum ex interna reuelatiōe commendatum. ¶ Ex verbis igitur & ex ſenſu verborum clara luce patet ſoli petro dictū eſſe:tibi dabo claues &c̄.

Ad primum. ¶ Ad primam autem obiectionem in oppoſitum dicitur: ex hoc ꝙ dominus interrogauit omnes non cogi reliquū ſermonem dirigi ad omnes: frequēter.n. diuertitur ſermo a pluribus ad vnum aut econtra. Mater ſiquidem filiorum zebedei petiit vt ſederēt duo filii ſui / vnus ad dexteram & alter ad ſiniſtram : dominus autem ad filios reſpondendo ſermonem dirigit/poteſtis bibere calicem quē ego bibiturus ſum? Et ſi diligēter perſpectus fuerit euāgelicus textus ipſa conuerſio ſermonis atteſtatur ꝙ non omnem ſermonem ad omnes dirigebat:inquit enim Mattheus ꝙ primo & ſecundo interrogauit diſcipulos cōmuniter / deinde ad petrum ſermonem vertit:& rurſus ad diſcipulos ſermonē conuertit: nam ſubditur/tūc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus &c̄.Si.n.totus iſte ſermo ad omnes fuiſſet directus:non narraſſet euangeliſta hmōi variam conuerſionem ſermonis. Nec officit ꝙ cōmunis petro & aliis cauſa effecta domini interrogatione fit: cum hac enim cōmunitate ſtat ꝙ appropriata ſit petro:nam in maiori cauſa cōmunis ſcilicet tētationis/ſolius petri ratio

habita eſt: vt ipſe dominus teſtatur Luc. xxii. dicẽs. Symõ ecce ſathanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum/ego autem rogaui pro te vt nõ deficiat fides tua/ & tu aliquãdo cõuerſus cõfirma fratres tuos. Vbi patet omnes expetitos a ſathana/ & tñ dominũ pro ſolo petro oraſſe: oraui inquit pro te/nõ pro vobis/immo alios petro cõmendauit.

Ad ſecundã.

¶ Ad ſecundam obiectionem ex perſona petri dicitur: ꝙ gereret perſonam cõmunem ſeu reſponderet pro omnibus apoſtolis/poteſt intelligi tripliciter. Vel ex officio: puta q̃a habet curam eoꝝ. Vel per viam commiſſionis: puta quia apoſtoli cõmiſerũt petro vt in perſona omniũ pro oĩbus reſponderet. Vel per viam ratificationis: vt quia reſponſio data a petro grata fuit cõmuniter apoſtolis/vtpote cõgrua ac eximia. Et quidem ꝙ petrus non gereret perſonam cõmunem ex officio/ex eo patet ꝙ nondum erat conſtitutus paſtor eoꝝ: neq; proprie erat caput eorũ niſi ſicut primus inter canonicos poteſt dici caput canonicoꝝ. Similiter ꝙ non ex cõmiſſione apoſtolorum reſponderet/ non ſolum ex eo patet ꝙ hmõi cõmiſſio voluntarie affirmaretur/ q̃m ex ſcriptura non habetur: ſed ex eo cõuincitur ꝙ dominus expreſſe teſtatur ꝙ caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus. Vbi excludit nõ ſolum omne humanum conſilium/ſed etiam diſciplinã ex ſenſibili auditu doctrine ipſius chriſti: dum interiori ſpirituali reuelationi patris qui in cœlis eſt/petri notitiam qua chriſtum filiũ dei viui confeſſus eſt attribuit. Si enim ex conſultatione cum aliis apoſtolis reſponſum dediſſet/ non ſibi dictum fuiſſet / caro & ſanguis non reuelauit tibi: quũ inter eos eſſet cõſanguinitas & carnalis propinquitas: & ſimiliter non fuiſſet recurſum ad actorem omnino ſpirituale & deſignatũ tam a remotis ſcilicet in cœlis. Hec enim omnia manifeſte teſtantur petri cofeſſionem non ex apoſtolorũ cõmiſſione / ſed ex interiori ipſi petro facta reuelatione proceſſiſſe. ¶ Et cõfirmatur hoc ex contextu euangelii: nã præpoſita dñi interrogatione prima diſcipuloꝝ (quẽ dicũt hoĩes eſſe filiũ

hominis?)quia reſponſio fuit communis/euãgeliſta dicit at illi dixerunt: in ſecunda vero interrogatione eorũdem (vos autem quem me eſſe dicitis?)quia reſponſio propria fuit petro/euangeliſta dicit: reſpondens Symon petrus dixit. ¶ Et cõfirmatur rurſus ex Io. vi. ca. Vbi differẽtiã apte notare poſſumus inter petrum in perſona omnium loquẽtem vel in perſona propria: nam ibidem loquens petrus in perſona omnium chriſto domino dicenti nunquid & vos vultis abire? reſpondit ei Symõ petrus in perſona omnium/domine ad quem ibimus? verba vitæ eternæ habes/ & nos credimus & cognouimus quia tu es chriſtus filius dei. Et ſubdit euangeliſta/ reſpondit eis Ieſus: nonne ego vos. xii. elegi/ & vnus ex vobis diabolus eſt? Vbi cõferẽdo textũ Ioannis textui Matthei/aperte apparet ꝙ tunc quum apud Ioannem in perſona oĩum petrus reſpondit/locutus eſt in numero plurali prime perſone/ dicens ad quem ibimus? & nos credimus & cognouimus: & ſimiliter dominus reſpondit non petro/ſed eis: hic vero apud mattheum omnia ſunt in numero ſingulari cũ pronominibus demõſtratiuis ſolius petri tam in reſponſione petri ꝗ̃ in replicatione domini/ & promiſſionibus ac aſſertionibus: tibi inquit dabo non vobis: quodcunqꝫ ligaueris/non quodcũqꝫ ligaueritis: tu es petrus non vos eſtis petrus: vt patet in litera. huiuſmodi enim differentia manifeſtat ꝙ petrus ex ꝓpriis intus a cæleſti patre habitis ſolus reſpondet: ſoluſqꝫ a chriſto mõſtratur. Nec putes propterea hanc eandẽ eſſe lectionem apud Mattheũ & Ioannẽ: qm̃ iſta matthei fuit poſt ea quæ referũtur a ioanne. Quod ex multis patet: illa eñ ioannis fuit poſt miraculũ de quinqꝫ panibus/ & in capharnaũ: vt ibidẽ apparet: qđ aũt refert mattheus/ fuit non ſolũ poſt miraculũ de quinqꝫ panibus / ſed etiã poſt aliud miraculũ de. vii. panibus: vt patet matth. xvi. & fuit in ptibus cæſaree philippi. ¶ Dicendum eſt ergo ꝙ reſponſio petri tanꝗ̃ grata & rata omnibus/dicitur fuiſſe in perſona omnium; ſicut frequenter contingit / ꝙ collegis pluribus

interrogatis, primo bene rńdente / ab oĩbus vt rata habet̃ reſponſio / & pro omnibus reſpondiſſe primum frequen⸗tiſſimo vſu dicimus. Et ſic intelligẽda ſunt verba chriſo. & glo. interli. & quorũcunq; aliorum dicentiũ ꝙ petrus reſ⸗pondet pro oĩbus: erat enim os omniũ tanq̃ ratificatum ab omnibus. Vnde chriſoſtomus homeli. lv. ſup Matth. ſub⸗dit: ſolus petrus reſpondet: & confeſtim preſiliuit ac preue niens ait. Tu es chriſtus &c̃. Vbi vides nõ conſilio aut cõ⸗miſſione aliorũ reſpõdiſſe ſed preueniſſe. Et Aug. de ver⸗bis apoſtoli ſermone. xxxi. ait: reſpõdit petrus vnus ꝓ om⸗nibus quia vnitas in omnibus. Vbi videre potes quare di⸗citur petrum reſpondiſſe pro omnibus nõ ex cõmiſſione omnium non ex officio ſed ex vnitate omniũ: quia ſcilicet omnes erant fratres: & quod primus eorum optime reſpõ dit vnitas omnibus placere fecit. Sicut inter fratres vnitos ac vnanimes quod ab vno bñ dicit̃ / ab oĩbus ratũ habetur & vt ab omnibus dictum ſumit̃. ℂ Et hinc patet reſpõſio ad confirmationem ſubiunctam: ex eo enim ꝙ chriſtus pe tri reſponſionem approbauit & commendauit / petrumq; beauit / ac illi tot promiſit: vanum apparet expectationem ingerere vt audiantur alii: quis enim aliud dicturus eſſet q̃ quod diuinitus reuelatum / & ſic remuneratũ videt. Vnde nec rei manſerunt non reſpondentes alii: quia gratam eis eſſe petri reſponſionem ſuffecit. Inſinuatur autem petri re ſponſionem aliis apoſtolis gratã fuiſſe / non ſolum ex hoc ꝙ eſt rationi conſentaneum iuxta humanum morem: ſed ex ſubiunctis ſtatim euangeliſte verbis: tunc præcepit diſ⸗cipulis ſuis vt nemini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus. Hoc ſi quidem præcepto mõſtratur diſcipulos petri confeſſionẽ tenuiſſe: ideo enim ne aliis dicant inhibentur. Ad confirmationem.

ℂ Ad tertiam autem dicitur: ꝙ ſi intendit argumentum ꝓ⸗miſſas per verba hæc omnibus apoſtolis claues / principiũ petit: hoc enim eſt quod probandum erat. Si vero intẽdit ꝙ per alia verba dñs apoſtolis aliis claues regni cœlorũ tradiderit / ad ſequẽs ſpectat capitulum: vbi hoc tractabit̃. Ad tertium.

Ad qr/ ¶Ad quartam obiectionem dicitur: ꝙ auctoritatẽ illam/
tum. quod vni dico/nullibi inuenio in euangelio. Verumtamẽ vbicunqꝫ inueniatur/dicitur ꝙ ad litteram intelligitur de dicere doctrinali: vt marcus teſtatur in ſimili ca.xiii.quod vobis dico omnibus dico vigilate. Poteſt nihilominus ad proteruos dici/ꝙ in hac auctoritate nõ habetur quod vni do oĩbus do: aliud eſt enim dicere & aliud dare: præſens autem ſermo nõ de dicere ſed de dare eſt: inquit enim do/minus tibi dabo claues regni cœloꝝ: & propterea aucto ritas nõ eſt ad propoſitum. Ex quibus oĩbus patere poteſt ꝙ ex his domini verbis math.xvi.ſolus petrus promiſſio/nem accepit clauium regni cœlorum.

¶Apoſtolis aliis nõ eſſe alias collatũ qđ petro. Ca.V.

QVAMVIS FATEANTVR MVLTI præmiſſum textum euangelii ad ſolum petrũ pertinere: affirmant tñ nonnulli totũ id quod petro ꝓmiſſum eſt/datũ eſſe a xp̃o alias reli/quis apoſtolis: idqꝫ verũ eſſe multis affirmãt
Primo. argumentis ex ſacra ſcriptura. ¶Primo math.xviii.apo/ſtolis cõmuniter dicitur: quecũqꝫ alligaueritis ſuper terrã/erunt ligata & in cœlo: & quecũqꝫ ſolueritis ſuper terram/erunt ſoluta & in cœlo. Vbi apparet poteſtatẽ prius petro
Secũdo promiſſam/ad omnes extenſam eſſe. ¶Secundo Ioan.xx. apoſtolis cõmuniter exhibentur claues petro promiſſe: di cendo quoꝝ remiſeritis peccata/remittuntur eis: & quorũ
Tertio. retinueritis/retenta ſunt. ¶Tertio Ioan.quoqꝫ.xx.apoſto/lis communiter dicit chriſtus: ſicut miſit me pater,/ & ego mitto vos. Et ſimiliter mar. vltimo & matth. vltimo om/nes cõmuniter miſit ad docendũ/prædicandum &c̃. ¶De inde manifeſtatur idem ex facto: nã act.viii.petrus miſſus cũ Ioãne legitur in ſamariam ab apoſtolis qui erant hie/roſolymis. Et act.xv.in ſynodo de legalium obſeruatiõe præſente petro Iacobus dedit ſententiã: dum dixit ego iu/dico non

dico non inquietari eos &c̄. Ad gala. quoq; .ii. petrus & Iacobus & Ioãnes qui videbantur columne eſſe/dextras dederunt paulo & barnabe ſocietatis. Ex quibus geſtis equalitas cõprobatur petri & aliorum apoſtoloꝝ. ¶ Afferũtur demum mille authoritates ſanctoꝝ/ſonantes equalitatem petri & aliorum apoſtolorum: vt eſt illa cypria. & habetur xxiiii. q. i. loquitur dñs. dicentis ꝙ parẽ poteſtatẽ omnibus apoſtolis tribuit: & hoc vtiq; erãt cæteri apoſtoli quod petrus fuit/pari conſortio prediti & honoris & poteſtatis. Et illa Hierony. cõtra iouinianum lib. i. ca. xiiii. At ſi tu dicis ſuper petrum fundatur eccleſia / licet idipſum in alio loco ſuper omnes apoſtolos fiat: & claues regni cœloꝝ cuncti accipiãt / & ex equo ſuper eos eccleſie fortitudo ſolidetur. Et quecunq; alie ſimiles.

¶ Ad euidẽtiam hoꝝ ſcito ex euangelico textu duo inueniri ſingulariter promiſſa petro: quibus origenes addidit tertium. Primũ eſt. Super hanc petrã edificabo eccleſiam meam: hoc enim ſoli petro promiſſum legimus. Secundũ eſt. Tibi dabo claues regni cœloꝝ: quod nulli alii inueniẽ promiſſum. Tertiũ ab orige. notatum eſt/ꝙ petro dicitur. Quodcunq; ligaueris ſuper terrã erit ligatũ & in cœlis/in numero plurali: & ſimiliter quodcũq; ſolueris ſuper terrã/ erit ſolutum & in cœlis: apoſtolis autem cõiter dicitur/ ꝙ erunt ligata aut ſoluta in cœlo/in numero ſingulari. Et rationem ſubdit: quia nõ ſunt tantẽ perfectionis ſicut petrus ¶ Inter quattuor ergo promiſſiões petro factas/ prime ab aliis differentia clara eſt: nam conſtat aliud ſignificari per fore eccleſie fundamentum (quod explicat/ ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam) & aliud per habiturũ claues & ſoluere & ligare. Sed differentia inter ſecundã (ideſt inter claues regni cœloꝝ) & tertiam ac quartã/ hoc eſt ligare & ſoluere/non eſt vſquequaq; nota: apparet ſiquidem iuxta littere ſuperficiem per claues poteſtatẽ/ ꝑ ligare autẽ & ſoluere explicatos eſſe actus ptãtis: vt efficacia clauium declararetur/quo pacto ſcilicet ad cœloꝝ regnum pertin

gerent/Hmōi.n.efficacia manifeſtatur dicendo quodcūq; ſolueris ſuper terram/erit ſolutum & in cœlis:& quia pluraliter cœlorum regnum premiſerat/ ideo pluraliter dixit in cœlis.Et iuxta hunc ſenſum promiſſio clauium a pmiſſione ſoluendi & ligādi differt / ſicut promiſſio poteſtatis a promiſſione actuum illius explicatiua. ¶ Sed hæc verā quidem/ſed non totam continent euangelii ſententiam. Quod vt plenius intelligas / ſcito duplicis generis īueniri actus clauium:quidam enim ſunt actus adequati ipſis clauibus:quidam vero minores ipſis.Illi ſunt velut actus totales: iſti actus partiales. Adequati autē clauibus actus ſunt aperire & claudere: partiales autem ſunt ligare & ſoluere. Declaro ſingula. Qđ aperire & claudere ſint actus adequātes claues/ & voces ſonant/& officiū clauiū clariſſime teſtatur:claues enim ſolummodo ad aperiendū & claudēdum ſunt.Nec deſunt ſcripturarum teſtimonia tam ex veteri q̄ ex nouo teſtamento:Iſa.enim.xxii.quū dictum eſſet & dabo clauē domus dauid/ſubditur & aperiet & claudet: & ſimiliter apoc.iii.idem repetitur.Qđ vero ſoluere & ligare ſint actus clauium/doctores omnes teſtantur. Quod autem ſint actus partiales & non adequati clauibus / ex hoc patet:ꝙ ſoluere & ligare ſe habent ad aperire & claudere vt partes ad totum: omnis enim qui ſoluit aliquem/ aperit illi regnum cœlorum: ſed non omnis qui aperit alicui regnum cœlorum/ſoluit illum: & ſimiliter omnis qui ligat claudit/ ſed non omnis qui claudit ligat. ¶ Et ne per multa diutius vagemur/ſed ſolida ratio ſimul cum veritate pateat:ſoluere & ligare actus ſunt iudiciales / ſiue in ſacramento penitentie/ſiue in foro eccleſiaſtico: aperire & claudere actus ſunt ſuperiores/cōprehendentes ſub ſe & actus iudiciales & actus non iudiciales:vtriſq; enim clauditur & aperitur regnum cœlorum. Et quidem ꝙ celorum regnū multi claudant aliis abſq; vinculo iudiciali/ teſtatur dominus Luc.xi.dicēs:ve vobis legiſperitis qui tuliſtis clauem ſcientie / ipſi non introiſtis / & eos qui introibant prohi

buiſtis. Quod vero regnum celorum aperiant abſq; actu iudicii / magiſtra rerum experientia monſtrat: dum paſtoris prouidentia/ gubernatione/ ordinatione/ doctrina/ diſpenſatione/commutatione &c̄. continue aperitur eccleſie regnum celorum. Differt ergo promiſſio clauium (tibi dabo claues regni celorum) a ſubiunctis duabus reliquis (& quodcunq; ligaueris & quodcunq; ſolueris) ſecundum rem promiſſam: non ſolum ſicut poteſtas ab actibus: ſed ſicut poteſtas ab actibus inadequatis/ſeu minoribus & partialibus: ita ꝙ quum promiſſe ſunt claues petro / promiſſa eſt poteſtas aperiendi & claudendi regnum celorum: quū aūt ꝓmiſſum eſt eidē & quodcūq; ligaueris & q̄dcūq; ſolueris/explicata eſt clauiū efficacia in actibus minoribus: vt perciperemus ꝙ ſi partialium actuum tanta eſt efficacia/multomagis adequatorum actuum efficacia pertinget ad celos. Quocirca promittendo claues/promittitur totū: promittendo autem actus ſoluendi & ligandi / non promittitur totum / ſed promittuntur actus partiales. Et propterea ex hoc ꝙ ſoli petro promiſſe ſunt claues regni celorum/ fateri oportet ſoli petro promiſſam eſſe poteſtatē aperiendi & claudendi regnum celorum: non ꝙ ſolus aperire & claudere poſſit celorum regnum (nam vt predictū eſt: quicunq; ſoluit aliquem / aperit illi regnum celorum) ſed quia ſolus poteſt quicquid pertinet ad aperiendum & claudendum regnum celorum: non iſtis vel illis/ ſed eccleſie edificate ſuper eum a chriſto. Hūc ſenſum hancq; differentiam ad litterā verificari/ex tribus vltra predicta declaratur. Primo ex interpoſita ſemper cōiunctiōe copulatiua in textu euangelico: ait enim tu es petrus/& ſuꝑ hāc petrā & tibi dabo claues/& quodcūq; ligaueris & quodcūq; ſolueris: diuerſitatē.n. promiſſaꝝ rerū coniunctio copulatiua inſinuat. Secundo: quia dn̄s non dixit/ & cuicūq; aperueris & cuicunq; clauſeris: ſed dixit quodcunq; ſolueris & quodcūq; ligaueris. Si.n. claues exponere voluiſſet ꝑ adequatos proculdubio actus (qui ſūt aperire & claudere) exponēde

erant:ſed vbi ad ligandum & ſoluendũ deſcendit/manifeſtauit ſe non exponere claues/ſed ad minores actus clauiũ tranſire. Tertio ex eo ꝙ nunꝗ apoſtolis promiſit aut dedit claues regni cœloꝝ/ vel illarum adequatos actus / ſcilicet aperire & claudere regnũ cœlorũ: ſed de partialibus actibus clauium locutus legitur cũ apoſtolis: & dicendo quecunqꝫ alligaueritis ſuper terrã &c̃. et dicendo quoꝝ remiſeritis peccata &c̃. ¶ Et ſi inſtetur ꝙ nec etiam petro dominus actus adequatos clauibus dedit aut ꝓmiſit: quia claues quidem illi promiſit/ ſed nunꝗ promiſit ꝙ aperiret & clauderet. Abſit a diuina ſapientia / vt ſilentio inuoluerit actus adequatos clauiũ : quũ enim explicauit cuius eſſent claues vt aperiendi & claudendi / explanauit proculdubio actus adequatos clauiũ/qui ſunt aperire & claudere. Conſtat aũt ideo appoſuiſſe regni cœlorum : vt exponeretur ꝙ claues ſunt regni cœloꝝ vt aperiẽdi & claudendi. Eoipſo igitur ꝙ promiſit ſoli petro claues regni cœloꝝ/promiſit ſoli petro adequatos actus clauiũ:ſeu quod idem eſt claues ſecundum actus adequatos clauibus : & poſt hanc promiſſionẽ deſcendit ad actus iudiciarios/& quodcũqꝫ ligaueris & qđ cũqꝫ ſolueris:vt predictũ eſt. ¶ Ex euangelico igitur textu due euidenter reſtant ſoli petro promiſſiones:hoc eſt fore fundamentũ eccleſie(ſuper hãc petram edificabo eccleſiã meam)& dandas ei claues regni cœloꝝ:& tibi dabo claues regni cœlorum. ¶ Nec carent hæc obiectionibus. Nã contra primã promiſſionẽ opponitur aut ſolum chriſtum eſſe fundamentũ eccleſie(iuxta illud prime ad cor. iii. fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere preter illud quod poſitum eſt/quod eſt chriſtus Ieſus)aut ſi multiplex fundamẽtum addmittitur/nõ ſolus petrus eſt eccleſie fundamentũ/ ſed etiã alii apoſtoli:iuxta illud ad ephe. ii. ſupedificati ſuꝑ fundamentum apoſtoloꝝ:& apoc. xxi. murus ciuitatis habens fundamẽta. xii. & in ipſis. xii. nomina. xii. apoſtoloꝝ.

Inſtãtia

Oppõ. contra primã ꝓmiſſionem.

Prima oppõ.

¶ Contra ſecundũ vero opponitur primo. Si promiſſione clauiũ promittitur tota poteſtas/cur poſt totũ promittunt

partes? quodcūq; ligaueris & quodcūq; ſolueris: fuiſſent.n.
hæc promiſſa in toto. ¶ Secundo. Si ſoluere & ligare ſunt Secūda.
partiales actus clauiū/cur theologi in.xviii.&.xix.diſt.iiii.
.s.de clauibus tractando/diffiniūt eas per actus iudiciales
qui ſunt ligare & ſoluere? diffinitio enim per proprios &
adequatos actus dari debet. ¶ Tertio. Cur claues aplicæ in Tertia.
ordinatione preſbiterorꝫ dari affirmanť/ſi illis non confe
runť niſi minores act⁹ clauiū? ¶ Quarto. Cur claues dicūť Quarta
claues eccľie/ & nō dicunť claues petri/ſi ſoli petro primo
datę ſunt? ¶ Non eſt aūt difficile his ſatiſfacere. Et obiectis
quidem contra primā promiſſionem petro factā vt foret Ad ob
fundamentū eccleſię/reſpondetur: q; eſſe eccleſię fundamē iecta cō
tum ſimpliciter.i.totaliter propriū eſt chriſto: eſſe autē fun tra pri
damentum eccleſię ſm aliquod tempus vel ſm aliquam ra mam p
tionem particularem/cōicatum eſt aliis. Et ſanctis quidē miſſio
quibus reuelata eſt doctrina fidei pro eccleſia/cōicatū eſt nem.
eſſe fundamentum ſub rationibus apoſtolorꝫ & propheta
rum: petro autem vltra predictā rationem promiſſum eſt
fore fundamentū ſm rationē paſtoris totius eccleſię chri
ſti: ſm quam rationem nō cōuenit aliis apoſtolis eſſe fun
damentum. Et propterea diuerſimode dicitur fundamen
tum de hoc triplici modo: de chriſto enim dicitur cū exclu
ſione aliorꝫ (fundamentū aliud nemo poteſt ponere &c.)
de apoſtolis vero & prophetis dicitur cū additione funda
menti totalis.i.chriſti: dum & ad ephe.ii.adiungitur/ipſo
ſummo angulari lapide xp̄o Ieſu (vbi aug. dicit. Ne apo
ſtoli vel prophetę in quibus fundata eſt ciuitas ſe tenerent
in ſe/in chriſto totū innititur primo fundamento: quod
fundamentū in ſummo eſt non in imo/vt in corporali fa
brica.) Et apoc.xxi. ſubiungitur/& agni.i.chriſti. De petro
vero adiungit ipſe chriſtus/edificabo eccleſiam meam: vt
oſtendatur ex xp̄o principaliter ꝑpendere eccleſię edificiū.
¶ Ad quęſita vero circa promiſſas claues/reſpondendo di Ad pri
citur ideo poſt promiſſum totū per claues/ ꝓmiſſas quoq; mū ꝑtra
eſſe partes per quodcūq; ligaueris & quodcūq; ſolueris: vt ſecūdā.

mõſtraretur diuerſitas rerũ promiſſarum. (Si.n.ſub vnica promiſſione oĩa cõprehenſa eſſent abſq̃ cõiunctionibus copulatiuis/aut ſole claues promiſſe fuiſſent/adequatas pu taſſes & exhauſtas claues p̃ hæc duo quodcũq̃ ligaueris & quodcũq̃ ſolueris. Nunc aũt quia tã aperte promiſſarũ rerum diuerſitas mõſtrata eſt/exprimẽdo ſingula cũ coniunctionibus copulatiuis/clare intelligimus nõ totũ quod promiſſum eſt petro p̃mitti aut exhiberi cuicũq̃ alteri p̃ hoc q̃ promittitur aut datur quodcũq̃ alligaueris & quodcũq̃ ſolueris &c̃. Sed per hoc promitti aut dari tm̃ quod tertio & quarto loco promiſſum eſt & petro.) Et inde videres remanere primas promiſſiones apud petrũ ſolum.

Ad ſecũdam. ¶ Ad ſecundum vero queſitũ reſpondetur ideo claues a theologis per actus iudicii diffinitas/quia de clauibus ordinis tractabant: vt patet in textu magiſtri ſen. tam in principio diſt. xviii. (vbi affertur ambro. dicens: ius enim hoc ſolis permiſſum eſt ſacerdotibus) q̃ in principio di. xix. vbi dicitur dantur hæ claues per miniſteriũ ep̃i in promotione ſacerdotii: quũ enim ſacerdotalem recipit ordinẽ / ſimul & has claues recipit.

Ad tertiam. ¶ Et per hoc ſoluitur tertium queſitũ.

Ad q̃rtam. ¶ Ad quartum autem quod non de re ſed de nomine eſt/& propterea extraneum quodãmodo eſt: reſpõdetur q̃ claues dicuntur & eccleſie & petri: ſolus enim petrus clauiger dicit̃ regni cœlorum. Et petri quidem ſunt vt capitis vtentis/& vt per quem ad eccleſiam deriuãtur: eccleſie autem ſunt & vt finis (quia propter eccleſiam petrus habet claues) & vt vtentis in ſuis ep̃is & ſacerdotibus: ita tamen q̃ ſecundum earum totalitatem eccleſia vtitur illis in ſuo capite: ſm aũt partiales vſus vtit̃ in ep̃is & aliis miniſtris. Remanet ergo ſolida ſententia dicta.

Ad primum argumentũ principale. ¶ Ad primũ aũt argumẽtoꝝ in principio allatorũ: dicitur dñm per illa verba quecũq̃ alligaueritis ſuper terram &c̃. nõ adequaſſe p̃miſſiones quattuor factas petro / ſed ſolas duas vltimas: vt lr̃a ipſa teſtat̃. Et propterea non dixit dñs dabo vobis aut eccleſie claues regni celoꝝ: quũ tñ dixiſſet

petro corã eiſdẽ/ tibi dabo claues regni cœloꝝ. Vnde ex hoc ipſo ꝙ aliis apł̃s dñs dixit/ quecunq; alligaueritis &c̃. non facta mentione de clauibus/manifeſte habetur ꝙ non totum quod promiſerat petro repetiit in poteſtate aliorũ: tanq̃ petro totum aliis vero partes commiſſurus.

Ad ſecũdum.

¶ Ad ſecundũ vero dicitur ꝙ poſt reſurrectionẽ dicendo quoꝝ remiſeritis peccata &c̃. date ſunt quidẽ apł̃s claues ſed nõ in ſua totalitate: qm̃ date ſunt tantũ claues ordinis/ vt cõiter doctores dicũt. & bñ. Vnde ad lr̃am quũ dicitur quoꝝ remiſeritis: cõſtituitur iudex eccleſiaſticus in ſacramento penitẽtie/quãtũ eſt ex ꝑte ordinis: quũ vero matth. xviii. dictũ fuit eiſdẽ quecũq; alligaueritis ſuꝑ terrã/ſermo erat de iudicio eccl'iaſtico in foro iudiciali. Vñ & cõiter dr̃ & bñ/ꝙ tũc ſ̃mo fuit de actibus clauiũ iuriſdictiõis: poſtea aũt de actibus clauiũ ordinis. Et qm̃ (vt declaratũ eſt) neutrum iudiciũ etiã ſimul ſumptũ adequat claues petro ꝓmiſſas: ſed ſoluere & ligare in vtroq; foro/partiales ſunt actus clauiũ petro promiſſarũ: ideo ꝑ vtrãq; poteſtatẽ ſimul/non adequatur poteſtas petro promiſſa. Vnde diſputationibus vacãtes caueãt a ſophiſtis/ opponẽtibus claues ordinis & claues iuriſdictionis adequare claues eccl'ie. Venenũ latet hic: qm̃ ꝓprie & formaliter loquẽdo claues petro ꝓmiſſe/ ſuꝑiores ſunt & clauibus ordinis & clauibus iuriſdictionis & ꝓpterea dñs nõ ꝑ actus ordinis aut iuriſdictiõis eas expoſuit/ſed ꝑ regnũ celoꝝ/ꝓculdubio aperiẽdũ vel claudẽdum. Ita ꝙ ꝑſpicacius intuẽdo (vt predictũ eſt) dñi verba tibi dabo claues regni celoꝝ: ꝑ illã ꝑticulam regni celoꝝ/ expoſuit claues ꝑ actũ adequatũ. ſ. aperire vel claudere: regnũ. n. celoꝝ/aperiendũ vel claudendũ/ actũ aperiẽdi vel claudẽdi ſecũ fert: conſtat aũt ꝙ aperire & claudere regnũ cœloꝝ/actus ſunt longe ſuperiores oĩbus actibus iudicialibus/tã clauiũ iuriſdictiõis q̃ clauiũ ordinis. ¶ Importune deniq; inſtãtibus nouas nũc inferri eccl'ie claues: hacten⁹ eñ nõ ſũt audite niſi claues ordinis & claues iuriſdictiõis. Vñ nũc tertie claues ĩ xp̃i eccl'ia? Rñdeť me nõ inueniſſe

aut fingere nouas claues re aut nomine:ſed ſi equa lance li brare fas eſt hæc cũ obiectis / inuenient obiicientes ſeipſos arguere: nã neq; claues ordinis neq; claues iuriſdictionis tradidit ſacra ſcriptura:ſed doctores explicarũt: claues aũt regni cœlorum xp̃s dñs ore proprio cõſecrauit. Ego de clauibus regni cœlorum loquor/nõ nouitates introduco :ex ipſis dñi verbis iuxta ſenſum litteralẽ perſpicatius intellectum manifeſto quæ dico. Oportet autem arguentes cõſiderare ſubtilius doctorum ſenſum: & vel ex hocipſo quod doctores diſtinguũt regni celorum claues in claues ordinis & claues iuriſdictionis/intelligere ſuperiores eſſe claues regni cœlorum vtriſq;/& vtraſq; ſignificare partes clauiũ regni cœlorum:ac per hoc claues regni cœlorum ſignificare totũ maius & ſuperius ſuis partibus quũ ſimpliciter & abſolute dicuntur/vt petro promiſſe ſunt:qñ vero ad partes applicantur/ ſignificare tam claues ordinis quam claues iuriſdictionis: vtreq; enim claues regni cœlorum appellantur. Vnde acuti lectoris officiũ erit diſcernere qñ doctores de clauibus regni cœlorum abſolute/& qñ de clauibus regni cœlorum applicatis ad ordinẽ vel iuriſdictionem loquuntur.

Ad tertium. ¶ Ad tertium dicitur: quod ipſa dñi verba teſtantur quod de apoſtolatus authoritate ſermo eſt quũ dicitur/ſicut miſit me pr̃ & ego mitto vos: mittere enim & mitti ad apoſtolatũ ſpectat: iuxta illud Io.xiii. non eſt ſeruus maior dño ſuo/neq; apl'us maior eſt eo qui miſit illum: & propterea hinc non habetur niſi paritas apoſtolatus. Et ſimiliter per alios textus quibus miſſi ſunt pariter ad docendũ & prædicãdum &c. non habetur niſi paritas quo ad hmõi cõmiſſiones: petro aũt ſupra hæc omnia promiſſum eſt & quod foret eccleſie fundamentum/& quod ſibi darentur claues regni cœlorum. ¶ His

Ad authoritatem act. viii. aũt quæ ex geſtis apoſtolorum adducuntur/facillime ſatiſfit. Docent ſiquidem concorditer theologi in primo ſen. non oportere miſſum minorem eſſe mittente/ neq; etiã eſſe ab illo: nã filius miſſus eſt a ſpirituſancto/ quo non eſt minor & a quo non eſt. ¶ Ad litterã tñ dicitur quod petrus erat tante humilitatis/

humilitatis/vt inter apoſtolos ſe gereret vt vnus ex illis:& nō volebat vti poteſtate quam habebat:& propterea tanq̄ vnus ex apoſtolis ab eiſdem cū ioanne miſſus eſt. Patet autem manifeſte hmōi petri humilitas act. xi. quū aduerſus illum diſceptabant alii fideles ex circūciſione:quod & gre. & habetur.ii.q.vii.ca.petrus.notauit dicēs. Petrus poteſtatem regni acceperat:& tñ idem apoſtolorum primus querimonie contra eū a fidelibus facte cur ad gentes intraſſet: non ex poteſtate officii qua poſſet dicere / oues paſtorem ſuū non accuſent nec reprehendant:ſed ex authoritate diuinæ virtutis qua gentiles acceperāt ſpiritum ſanctū reſpōdit. ¶ Et per hæc poſſet ſimiliter dici in ſynodo de obſeruatione legalium petrū ſe habuiſſe vt vnum apoſtolum. Veruntamen ſi res geſta recte notetur/nō fuit petrus conſultatus nec ſoli apoſtoli:ſed apoſtoli & preſbyteri in hieruſalē & propterea concluſio nec a petro nec a iacobo facta eſt/ſed ab apoſtolis & ſenioribus cū omni eccleſia:ſcribētibus tñ nomine apoſtoloꝝ & ſeniorum. Vnde falſum eſt ꝙ Iacobus ſententiā protulerit: qm̄ ſententia concluſio eſt:quā cōſtat ab oībus factam:ſed dum Iacobus dixit ego iudico/perinde eſt acſi dixiſſet hoc eſt iudiciū meum. Vnde non introducitur Iacobus iudicans/ſed reſpondens:ſic enim legimus. Et poſtq̄ tacuerūt reſpondit iacobus. Immo petrus paſtoris perſonā in principio geſſiſſe videtur:qm̄ ipſe primus ſurgens allegans diuinā gratiam/reprehendit eos qui libertatē a legalibus vertebant in dubiū. Legimus enim ſic quū autem conquiſitio fieret ſurgens petrus dixit &c̄. Vbi monſtratur petri authoritas. ¶ Q đ dexteras demum ſocietatis petrus cum aliis dederit: hoc fecit ꝙ quotidie pōtifex facit omnes ep̄os/nō ſolum vt ſocios ſed vt fratres habēs. ¶ Ad authoritates deniq; doctoꝝ ſanctorū/ſonantes equalitatem petri & aliorum apoſtolorum:dicitur verificari de paritate coꝝ ſm apoſtolatum:fuerūt enim equales omnes in authoritate apoſtolica. ¶ Et ſi inſtetur ſub poteſtate apoſtolica comprehendi poſſe omnia quæ petrus poterat: in

Ad authoritates ſtōꝝ

Inſtātia

prõptu reſponſio eſt ſatiſfactiua/ꝙ dato ꝙ vera eſſet hm̃õi comprehenſio: ex ea tñ non ſequeretur omnimoda equa-litas ad petrum:eſſent enim eorum poteſtates equales quo ad res quas facere poſſent:ſed non eſſent equales extẽſiue/ neq; quo ad modum. Apoſtoli ſiquidem poteſtatẽ a chri-ſto acceperunt vt apoſtoli/hoc eſt vt legati: petro autem ſupra apoſtolatum promiſſa eſt (vt infra manifeſtabitur) poteſtas vt ordinario paſtori eccleſie. Et hinc patet tam ſu perior gradus atq; vnitas poteſtatis petri q̃ maior extenſio quoniam extendebat ſe ad ipſos etiam apoſtolos/ vtpote chriſti oues. ❡Nec paruifacias differentiam penes modũ habendi:magni ſiquidem lapſus periculum eſt ſi confun-dantur. Aliud quippe eſt habere claues vt apl'os & aliud habere claues vt caput & paſtorem etiam ipſorum apoſto lorum: illud non derogat petri ſingulari excellentie: hoc autem ipſum petrum ſuper omnes ſtatuit/ omnibuſq; pre-ficit apoſtolis ac toti eccleſie. Ad horum differentiam mo-dorum ſpectat ꝙ dominus ſoli petro claues promittit:aliis autem non dat claues/ſed ea quæ ſunt clauium legat aut tri buit:ſiue matth.xviii.ſiue Io.xx.ſiue matth.& mar. vltimo ſiue Luc.xxii.ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum. Et vt allate primum authoritates manifeſtẽ tur:patet cypria.ita pares fateri apoſtolos vt tamen ſuper vnum petrum edificari dicat eccleſiam (ex verbis domini ſuper hãc petram) & authoritate ſua dominum diſpoſuiſſe dicat vnitatem eccleſiaſticã ab vno petro originem habe re. Hierony. quoq; verba chriſti apud mattheum tu es pe-trus &c̃.ſoli petro relinquens/ad alium ſe tranſfert locum vbi ſimilia apoſtolis data narrantur:tria numerans. Primo fundari eccleſiam ſuper apoſtolos omnes: hoc enim fieri promulgatum eſt ad ephe.ii.ſuperedificati ſuper fundamẽ tum apoſtolorum. Secũdũ vero ꝙ ſcilicet cuncti apoſtoli claues regni cœlorum accipiant/matth.xviii.quecunq; al-ligaueritis/& Io.xx.quorum remiſeritis/habetur. Tertium autem & ex equo ſuper eos eccleſie fortitudo ſolidetur/ ex

relatis textibus/ſcilicet matth. & mar. vltimo. & Luc. xxii. & Io. xx. aut etiam ex aliis ſimilibus textibus ſumptum eſt vnde patet ex iam dictis equalitatem apoſtolorum quatenus apoſtoli ſunt & in fundando eccleſiam & in clauibus iuriſdictionis & ordinis & in robore doctrinæ/ miraculorum & vitæ/eccleſie fortitudinem ſolidantium(quam Hierony. affirmat)nihil officere petri ſingulari authoritati qua ſolus cuncte preponitur eccleſie. Vnde & hiero. ibi ſubiūgit ſtatim:propterea tamē vnus inter. xii. eligitur vt capite conſtituto ſciſmatis tollatur occaſio. Vbi manifeſte vides ita ex equo apoſtolatus pares dixiſſe apoſtolos / vt tamen petrus electus & conſtitutus a chriſto ſit caput omnium: hoc ſiquidem eſt quod tuemur. Hoc ad differentiam modi habēdi ſpectat:quoniam hinc habes omnes hæc habuiſſe vt apoſtolos/preter hunc aūt modum petrum ſingulariter habuiſſe vt caput omnium. Ex duabus autem his authoritatibus declaratis facile eſſe putamus reliquas recte interpretandas iuxta ſenſum predictarū. ℂ Manifeſtatur autem hunc eſſe verum ſenſum doctrinæ ſanctorum tripliciter. Primo ex eo ꝙ pares dicunt apoſtolos/non ſolū poteſtate ſed honore:quod niſi ad apoſtolatum referatur/ cōſtat eſſe falſum:quum petrus primatum honoris manifeſte habuerit ſecundum omnes. Secūdo ex textibus euāgelicis/ quos ſancti afferunt ad probandam huiuſmodi equalitatem:afferunt enim iſtos quos nunc diſcuſſimus: ex quibus cōſtat non plus haberi ꝗ̄ equalitatem ſecundum apoſtolatū. Tertio ex ratione qua vtuntur:quia ſcilicet petrus in perſona eccleſie vnus accepit claues &c̄. vt vnitas eccleſie hinc probaretur. ℂ Vbi propter ſciſmaticos ſiſte pedem:& ſcito dupliciter poſſe intelligi vnitatem eccleſie per petri vnitatē commēdatā. Primo vt ſignificata ſit eccleſie vnitas in chriſto capite vno/vnitateq; articulorum fidei / ſacramētorum eccleſie & ſpei ac charitatis. Secūdo vt ſignificata ſit eccl'ie vnitas ſimpliciter & abſolute vnite in capite vno chriſti in terris vicario/petro .ſ. Primū ſenſum eligunt ſciſmatici ex

ſanctoꝝ vera ac ſancta doctrina/ſepe vnitatẽ eccleſie ꝑ ea
quæ i primo numerãtur ſenſu explicãte: vere quidẽ/ſed nõ
totaliter/niſi ſub vnitate capitis ſcilicet chriſti intelligatur
ipſe chriſtus in ſe & in ſuo in terris vicario: ipſe chriſtus
vt caput petrus aũt vt vicecaput. Quod propterea qnꝗ ta
citum eſt: quia acceptato capite/ intelligi conſuetũ eſt ac-
ceptari ipſum in ſe & in ſuo vicario dum abſens fuerit.
¶ Secundus aũt ſenſus (in quo clauditur primus adiuncta
vnitate capitis in terra) catholicis omnibus cõis eſt: com-
probaturꝗ quadrupliciter. Primo: qa ad deſignandã vnita
tem eccleſie in ſuo capite cæleſti Ieſu chriſto non cõgruit
vnitas petri: ſed & ſufficiebat & decentiſſime congruebat
vnitas ipſius chriſti: quam dñs hic non tacuit: ſed expreſſit
dicens ego dico tibi/& rurſus edificabo eccleſiã/ & iterum
dabo claues. Diuinã autem ſapientiã (quæ eſt chriſtus) di-
ſponentẽ omnia ſuauiter/cõuenientiſſime per vnitatẽ pe-
tri vnitatem eccleſie in capite terreſtri loco chriſti ſignifi-
care/nullã habet difficultatem. ¶ Secũdo ex eo ꝙ hiſtoriæ
fides periclitaretur: nã quaſi ſimilis eſſet petrus in his par-
uulo quem matthe. xxiiii. aduocãs ad ſe dominus ſtatuit in
medio diſcipuloꝝ dicens/niſi cõuerſi fueritis & efficiami-
ni ſicut paruulus &c̃. Sicut. n. paruulus ille aſſumptus eſt ad
exẽplum ſeu ſimilitudinem humilitatis/ ita petrus noĩatus
eſſet ad exemplum ſeu ſimilitudinẽ vnitatis: ac ꝑ hoc ſicut
ad fidem hiſtoriæ cure non eſt quis fuerit paruulus ille/ita
nihil aut parũ curandum eccleſie eſſet an fuerit Symon pe
trus cui dictũ eſt/ tibi dabo claues regni cœlorũ &c̃. quod
tñ doctorum omniũ & totius eccleſie aures offendit. San-
ctorum propterea ſenſus eſt: ꝙ ſm hiſtoriæ fidem res ita
geſta eſt ꝙ vni Symoni petro claues ſunt promiſſe / vt res
rem ſignificaret: vt vnus petrus primo accepturus claues
vnitatem ſignificaret eccleſie. ¶ Tertio ex eo ꝙ oportet ſal
uare nõ ſolum ſignificationem/ſed etiã deriuationem: hoc
eſt non ſolum vt vnitas eccleſie ſignificetur per vnitatẽ pe
tri/ſed etiã vt vnitas eccleſie proficiſcatur ab vnitate petri:

vt cypria. in authoritate allata dicit. Loquitur dñs ad petrũ ego dico tibi quia tu es petrus/ & ſuper hãc petrã edificabo eccleſiam meã: ſuper vnum edificat eccleſiam. Et q̃uis apoſtolis omnibus poſt reſurrectionẽ ſuam parem poteſtatẽ tribuat: dicens ſicut miſit me pater & ego mitto vos/ accipite ſpiritumſanctum: tñ vt vnitatẽ manifeſtaret/ vnitatis eiuſdem originẽ ab vno incipientẽ authoritate ſua diſpoſuit. Vbi manifeſte vides ex hoc ꝙ dñs authoritate ſua diſpoſuit originẽ vnitatis eccleſiaſtice ab vno incipientẽ: nõ ſolam ſignificationẽ vnitatis ab vno/ ſed deriuationẽ vnitatis ab vno aſſertam. Nam ad ſignificãdum authoritate nõ erat opus: ſed ad hoc ꝙ initium habeat eccleſie vnitas ab vno petro/ authoritate chriſti opus fuit: poterat enim ſi voluiſſet inſtituere vnitatem eccleſie a multitudine apoſtolorum proficiſci. ℭ Quarto quia: vnitas ecclẽie catholice nõ ſolum opponitur hæreſi: ſed ſciſmati. Si vero vnitas eccleſie attẽderetur ſolum penes vnitatẽ cæleſtis capitis/ illiuſq; ſacramentorum ac rei ſperate credite & amate/ vnitas eccleſie non opponeretur ſciſmati: nam cum huiuſmodi vnitate ſtat ſciſma: vt patet ex eo ꝙ ſciſmatici habentur qui ab vnitate apoſtolicæ ſedis ſeparati ſunt. Ex hoc igitur ꝙ vnitas eccleſie per petrum vnum ſignificatur / non excluditur immo magis ex modo quo per petrum ſignificatur / includitur ꝙ petrus vnus claues accepit: vt eccleſie vnitatẽ non ſolum ſignificaret/ ſed etiam inchoaret ac cõſeruaret. Et ſi perſpectum acutius fuerit hoc quod eſt eccleſie vnitatem accipere claues: verius perfectiuſq; & fit & ſignificatur accipiendo claues in ſuo vno capite petro / q̃ ſi non in petro ſed abſolute eccleſia illas acciperet: quoniã vnitas capitis claues accipiens/ vnitatem eccleſie nõ ſolum ſignificat ſed conſtruit/ ſicut & conſeruat: quibus omnibus careret eccleſia ſi de vno non fuiſſet illi capite prouiſum a chriſto dño. Et hinc habes vnde innumeras ſanctorum authoritates recte intelligere queas.

¶ Solum petrum accepiſſe claues/ conſonat ei quod eſt eccleſiam accepiſſe claues. Ca. VI.

OCCVRRIT POST PREMISSA SATiſfaciendum his qui querunt quonam pacto ſtant hæc duo ſimul: ſolus petrus accepit claues: & eccleſia accepit claues. ¶ Apparet eñ
Oppō. vnica. ꝙ ſi ſolus petrus/ ergo nõ eccleſia: & ſi eccl'ia/
Confirmatio. ergo nõ ſolus petrus. Augeturq; queſtio ex aug. verbis ſup Io. recitatis .xxiiii. q. i quodcũq;. Quodcunq; ligaueris ſup terrã/ erit ligatum & in cœlis: ſi hoc petro tantũ dictũ eſt/ nõ hoc facit eccleſia: ſi aũt & ĩ eccleſia fit/ petrus qñ claues accepit eccleſiã ſanctã ſignificauit. ¶ Huic enim queſtioni ſatiſfieri facile poteſt ab exercitatis in ſacris litteris: ac ſciẽtibus has duas veritates ſic cõnexas ꝙ ſecũda nõ ſolum cõſentit prime/ ſed preſupponit & dependet a prima: ſm ſanctorum doctrinã. Conſiderandũ ſiquidẽ eſt eccleſiã catholicam dupliciter referri ad petrũ: ſcilicet vt ſignificatã & vt inchoatã: petrus enim & ſignificauit eccleſiã vniuerſalem/ & inchoauit eandẽ/ queadmodum caput principiũ eſt corporis. Inter has aũt duas relationes duplex ad propoſitum eſt differentia: prima eſt ꝙ ſignificatio pertinet ad ſenſum miſticũ/ quo petrus ſignificat eccleſiã: inchoatio aũt pertinet ad ſenſum litterale/ quo inſtitutus eſt petrus paſtor totius eccleſie. Secunda eſt ꝙ penes ſignificationẽ non attenditur dependẽtia rei a re/ ſed dependentia ſignificationis a ſignificãte: penes inchoationẽ aũt attenditur dependentia rei a re/ hoc eſt corporis a capite. Vnde eccleſia dupliciter accepit claues in petro: nã & accepit eas vt ſignificata in petro/ & accepit eas vt inchoata in petro: & ſm vtrũq; accipiendi modũ oportet preſupponere hãc priorẽ veritatem ad litterã/ ſolus petrus accepit claues. Ad ſignificationem ſiquidẽ ſpectando/ quũ ſignificatio iſta nõ ſit per modũ parabole/ ſed ꝑ modũ rei geſte (quia non petrus parabolicus ſeu parabolice accipiẽs claues/ ſed petrus ſm rem geſtam

ſignificat vniuerſam eccleſiam) oportet fateri vnũ ſolũ petrum ſm hiſtoriã accepiſſe claues: vt ex re geſta ſignificet vnã ſolam eccleſiam catholicam habere claues: iuxta illud ambro. certũ eſt ꝙ eccleſie vtrũqꝫ ius ſcilicet ſoluẽdi & ligandi licet/hæreſis vtrũqꝫ non habet. Si enim ſolus petrus ſm hiſtoriã nõ accepiſſet claues/nequaꝗ̃ ꝑ modũ rei geſte figurã gereret vnius ac ſolius eccleſie vniuerſalis. Depẽdet ergo catholice eccleſie ſignificatio figurata in petro ex veritate rei geſte ꝙ ſolus petrus acceperit claues: & nõ contrariatur illi. Si ad inchoationẽ quoqꝫ ſpectetur/nulla eſt opus declaratione: qm̃ manifeſtũ valde eſt corpus dependere a capite/& quod cõuenit capiti/conuenire quoqꝫ corpori in ſuo capite: & ideo ſolũ petrũ accepiſſe claues/eſt ſolã eccleſiã cuius petrus eſt caput accepiſſe claues ĩ ſuo capite. Quocirca ſolum petrũ accepiſſe claues/non excludit ſed infert vniuerſalẽ eccleſiã illas accepiſſe/vt ſignificatã & inchoatã in petro. Eſſe aũt hanc ſanctoꝝ doctrinã/perſpicere potes ex cypria. verbis ĩ precedẽti capitulo declaratis: vbi vtrũqꝫ modũ. ſ. ſignificationis per modũ rei geſte/& originis eccleſie a petro docuit: dum dixit/ſuper vnũ edificat eccleſiã/& ſubdit/vnitatis eiuſdẽ originẽ ab vno incipientẽ authoritate ſua diſpoſuit. Et rurſus exordiũ ab vnitate proficiſcit̃ vt eccleſia xp̄i vna mõſtretur: vt prædeclaratũ eſt. ¶ Aug. aũt verba inducta eundẽ confirmare ſenſum patet ex duobus: primo ex eo ꝙ aduerbio tm̃ vtitur ad excludendũ extenſionẽ petri ad eccleſiã: dixit enim ſi petro tãtũ/perinde acſi dixiſſet ſi petro ſm ſeipſum tantũ & nõ ſm ꝙ ſe extendit ad eccleſiã ſignificandã vel figurate vel cõnotatiue/vt caput ſignificat corpus cuius eſt caput. Vnde non intulit aug. ex ſecũda veritate. ſ. eccleſia habet claues/negationẽ prime/ſcilicet ſolus petrus accepit claues: ſed expoſitionẽ ipſius/ſcilicet ꝙ petrus accipiens claues ſignificauit eccleſiam: perinde acſi dixiſſet ꝙ nõ accepit ſecundum ſeipſum tm̃/ſed vt extenditur ad eccleſiã vniuerſam ſignificãdo illã hic. n. planus eſt ſenſus verboꝝ aug. Scḋo ex eo ꝙ ſubiũ

Ad verba aug.

git:ſi ergo in perſona petri ſignificati ſunt in eccleſia boni & in iude perſona ſignificati ſunt mali ĩ eccleſia. Hinc eñ patet ꝙ de ſignificatione per modũ rei geſte loquitur:nam iudam inter apoſtolos ſignificare ꝑ modũ rei geſte malos in eccleſia dubium nõ eſt. Intendit ergo aug. petrũ ſm rẽ geſtam accipientẽ claues/inferre eccleſiã quoq; per ipſum ſignificatã accipere claues. ¶ Modus autẽ quo eccleſia per petrum vſq; ad conſummationem ſeculi accipit claues/eſt ſuauiſſime diſpoſitus a diuina ſapientia:nã vniuerſalis eccleſia ſicut diſtribuitur in caput & membra/ita diſtribuitur in ſuaui acceptione clauiũ: vt in capite quidẽ accipiat per ſucceſſionẽ/ in membris aũt per participationẽ. In capite nãq; habet claues regni celoꝝ ſm actus clauibꝰ adequatos in mẽbris aũt hoc eſt partialibus eccleſiis claues habet ſecundum actus ordinis & partialis iuriſdictionis. ¶ Vnde

Ad obiectionem.

patet oppoſitum eſſe eius quod apparebat proponẽdo queſtionem:quũ enim dicimus ſolus petrus accepit claues regni celoꝝ/ſocii compares excludũtur/nõ illius corpus eccleſia nõ illius ſucceſſor excluditur: immo tam eccleſia ꝗ ſucceſſor in ſolo petro includitur: quia ex hoc ꝙ ſolus petrus accepit claues regni celoꝝ/infertur eaſdem accepiſſe eccleſiã inchoatã ac ſignificatã in ſuo capite: ac propterea eandẽ ſemper claues habere in capite quidẽ per ſucceſſionem/in membris aũt per participationẽ:vt ſic vere vnum ſit corpus tota eccleſia ſub vno capite. ¶ Nec fallaris antiqua ſciſmaticoꝝ inuectione in catholicos tanꝗ monſtra fingentes/dum eccleſie caput petrũ dicimus:quandoquidẽ chriſtus eſt caput corporis eccleſie (vt dicitur ad colo. i.) & ſi petrus quoq; caput eccleſie ponitᷣ/duo capita vni corpori nõ ſine monſtro iungũtur. Friuola ſunt hæc: quoniã petrus alia ratione caput eccleſie dicitur/ab ea ratione qua chriſtus eſt caput eccleſie: chriſtus enim eſt caput ratione ſuiipſius/petrus aũt ratione chriſti. Vnde chriſtus eſt ſimpliciter & abſolute caput:petrus aũt ideo caput quia eſt vicecaput:eſt.n.loco chriſti in celis reſidẽtis/caput in terris.

Vnde

Vnde totius eccleſiaſtici corporis vnū tantum ponitur caput ſimpliciter & abſolute ideſt chriſtus:loco cuius i terris petrus nō aliud caput ſed vicecaput conſtitutus eſt. Vnde nulla interuenit mōſtruoſitas in eccleſiaſtico corpore: niſi apud nolentes intelligere eccleſiaſtica nomina in ſenſu in quo dicūtur omnibus fere manifeſto. ¶ Libet autē intueri hoc in loco omnibus hmōi obuiationibus cōe eſſe vnum errandi iter: inter omnes ſiquidē diſcuſſas poſitiōes prima ex affirmata iuſtitie qualitate/negauit ſubſtātie perſonam. Secunda ex affirmata eccleſia ſignificata/ negauit perſonā petri ſignificātem. Tertia ex affirmata petri principalitate negauit eius ſingularitatem. Quarta ex affirmato cōi pariq̧ apoſtolatu/negauit vnitatē paſtoralis officii in petro. Quinta ex affirmatis eccl'ie clauibus/negauit ſolum petrū accepiſſe claues. Sexta ex affirmato vnico eccleſie capite chriſto/negauit petrū eſſe caput loco chriſti. Et ſimile inuenies inferius quū ex affirmata charitate petri paſtoris negabitur perſona paſtoris ſine charitate: & ex affirmato paſcendi opere / negabitur paſtoris authoritas. Aperiantur itaq̧ lectorum oculi: & laqueos deprehendant.

¶ Promiſſum eſſe petro totius eccleſie pontificatum in antedictis promiſſionibus. Ca. VII.

QVATVOR PROMISSA ESSE petro a domino mattheus euāgeliſta in ſupra allatis refert verbis: quoꝝ duo vltima/quodcunq̧ ligaueris & quodcunq̧ ſolueris/ cōicata quoq̧ a dn̄o aliis apoſtolis idem teſtatur: prima vero duo/ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meam/ & tibi dabo claues regni cœlorum/ propria petro perſeuerarunt. In quibus promitti petro totius eccleſie pontificatū declarandū eſt: poſtq̄ ambe promiſſiones amplius dilucidate fuerint. Quocirca in prima promiſſione notāda ſunt ſex: ſignificantius enim vide primo eccleſiā meā/ nō eccle-

ſias meas:ſecundo eccleſiam meã/nõ aliquã eccleſiã meã:
tertio eccleſiã meã non omnẽ eccleſiam meã:quarto eccle-
ſiam meã/nõ indefinite:quinto eccleſiã meã / ſingulariter
ſeu vnicã:ſexto eccleſiã meã/ſine additione aliqua. Attẽde
ſigillatim/nõ dixit eccleſias meas/ſed eccleſiã meã : vt vna
eccleſia ſignificaret : quæ q̃uis multas cõprehendat partia-
les eccleſias/nõ propterea ſcinditur diuidit aut multiplica
tur eccl'ia/ſed vnitate numerali retẽta multas habet partes/
ſicut vnũ corpus multa habet mẽbra : iuxta verbũ apl'i ad
colo.i.ipſe eſt caput corporis eccleſie : & cant. vi. vna eſt
colũba mea. Dixit nõ aliquã eccleſiã meã/ſed eccleſiã meã
vt nõ de parte eccleſie/nõ de particulari aliqua eccleſia/ſed
de integra ſeu tota eccleſia intelligeres: neq; .n. decebat di-
uinã ſapientiã aliquam eccleſiã edificare ſuꝑ vnũ petrũ &
aliquam nõ:dei ſiquidẽ ꝑfecta ſunt opera. Nõ dixit omnẽ
eccleſiam meã : tũ quia multitudinẽ eccleſiarũ ſupponeret
diſtributiuũ ſignũ:cõtra dñi ſentẽtiã Io.x.alias oues habeo
quæ nõ ſunt ex hoc ouili/ & illas oportet me adducere/&
fiet vnũ ouile & vnus paſtor. Tum quia ſingulare diſtribui
vniuerſaliter/ĩplicat cõtradictoria:niſi vniuerſalitas refera-
tur ad partes integrãtes ipſum:qđ eſt extra propoſitũ:& in
ferius nihilominus declarabitur/ quõ partes eccleſie edifi-
cate ſunt ſuꝑ hanc petrã. Dixit eccleſiã meã:nõ indefinite/
vagũ relinquẽdo intellectũ ad querendũ quæ eſſet eccleſia
chriſti edificanda ſuꝑ hanc petrã:ſicut dubiũ reliquit intel-
lectũ quũ in cena dixit vnus veſtrũ me traditurus eſt:certi-
ficati enim ſumus ꝑ hæc verba ꝙ vnica tota chriſti eccleſia
edificata eſt ſuper hanc petrã/& nõ ſumus ſuſpenſi relicti.
Dixit ergo eccleſiã meã:vt ſingularẽ vnicã ſolãq; ſuam ec
cleſiam integrã(de qua in ſymbolo dicitur ꝙ eſt vna ec-
cleſia catholica)intelligeres. Vñ ꝑ ſolum pronomen meã
determinauit illam:vt perciperemus ꝙ de illa vna eccleſia
loquitur quæ eſt chriſti eccleſia ſine additione aliqua(que-
libet nãq; partialis eccleſia vocat̃ xp̃i eccleſia cũ aliqua ad-
ditione:)puta romana/antiochena cõſtãtinopolitana &c̃.

Et hoc nõ ſolum ſm modernũ vſum/ſed ſm ſacras ſcriptu
ras:vt patet in principio vtriuſq; epiſtole ad cor. vbi dicit
eccleſie quæ eſt corinthi: & in principio ad gala. eccleſiis
galatie:& ad theſſa.eccleſie theſſalonicenſium &c. Habes
igitur qd intelligere debeas ꝑ eccleſiam meã:idẽ ſcilicet qd
intelligis ꝑ vnã eccleſiam catholicã. ¶ Nõ deſunt tñ ſophi Obie-
ſtice importunitates:ex eo ꝙ quelibet particularis eccleſia ctio.
vere eſt chriſti eccleſia arguẽtes. De illa eccleſia xp̃s loqui-
tur/de qua verificatur ꝙ eſt eccleſia mea.i.xp̃i:ſed de quali-
bet particulari eccleſia verificatur ꝙ eſt eccleſia mea: ergo
de qualibet particulari eccleſia chriſtus loquitur/quũ dixit
ſuꝑ hanc petrã edificabo eccleſiam meã. ¶ Poteſt ſiquidẽ Solutio
facile detegi fallacia argumẽti/ad rem ſpectãdo: & dicẽdo
ꝙ quelibet particularis eccleſia eſt quidẽ eccl'ia chriſti/ſed
non tota/nec ſine additione aliqua:ſed talis/puta mediola-
nenſis:nec ita eſt eccleſia quin ſit pars eccleſie:chriſtus aũt
loquitur de eccleſia integra/quæ non eſt eccleſia talis/nec
eccleſia aliqua/ſed eſt abſolute ipſius eccl'ia. Nihilominus
dicendum eſt ꝙ eo modo quo quelibet eccleſia eſt eccleſia
mea.i.xp̃i/illo eodem modo verificatᷣ de ea ꝙ eſt edificata
ſuꝑ hanc petrã. ¶ Quod vt plenius intelligas/ꝓſpice diffe
rẽtiam in modo quo eccleſia catholica eſt xp̃i/& quo que-
libet ꝑticularis eccleſia eſt xp̃i:conueniũt ſiquidẽ oẽs partia
les eccleſie cũ eccleſia catholica in hoc ꝙ ſunt xp̃i (nã que-
libet partialis eſt xp̃i eccl'ia/& eccleſia catholica eſt xp̃i ec-
cleſia:) ſed differũt ĩ mõ:qa eccl'ia catholica eſt xp̃i vt totũ
quelibet aũt eccl'ia eſt xp̃i vt pars: & ꝓpꝑea eccl'ia catholica
eſt edificata vt totũ ſuꝑ hãc petrã/quelibet aũt eccl'ia parti-
cularis eſt edificata ſuꝑ hãc petram vt pars. Illo igiᷣ modo
quo verificatur de eccleſia particulari ꝙ eſt eccleſia mea/
eodemmet modo verificatur de illa ꝙ eſt edificata ſuꝑ hãc
petrã: & propterea quia eſt eccleſia mea vt pars/eſt quoq;
edificata vt pars ſuꝑ hãc petrã:eccleſia vero catholica quia
eſt eccl'ia mea vt tota eſt quoq; edificata vt tota ſuꝑ hãc pe
trã. Et qa totũ cõprehendit quãlibet ꝑtẽ/& ad ꝑtes ſe habet

vt pfectū ad imperfecta/& vnitas & integritas eccleſie pari paſſu currūt:ideo verbū xp̄i ad lrām intelligitur de eccleſia vna catholica:ratiōe cuius intelligit̄ quelibet particularis eccleſia vt pars vnius eccleſie catholice edificata ſuper petrum:ſicut ratione vnius eccleſie catholice quelibet partialis eccleſia vocari poteſt à chriſto eccleſia mea / tanq̄ pars eccleſie catholice:nec aliter verificaretur: qm̄ ſi ab vnitate eccleſie diuiſa eſſet non eſſet eccleſia chriſti. ¶ Nec putes aduerſari hec ſacris canonibus aut ſanctoꝝ dictis:quæ ſonare videntur eccleſiam Romanā edificatā eſſe a chriſto ſuper hāc petrā. Appellatione ſiquidē romane eccleſie(vt multi putant ex verbis concilii cōſtanticn̄. in condēnatiōe articulorum Ioannis vvicleſ / intelligitur q̄nq̄ eccleſia catholica:& ſm hūc ſenſum nulla eſſet in propoſito queſtio niſi de nomine. Sed quoniam ſenſus hic nō conſonat intentioni ſcribentiū de Ro. eccleſia/intelligētium ipſius nomine quandā particularem eccleſiam/diſtinctā contra al's particulares eccleſias:ideo aliter dicendū eſt Ro. eccleſiā edificatam eſſe a chriſto ſuper hanc petrā/ verificari non p proprietatem/ſed per appropriationē. Quod ex cōuenientia & differentia inter eccleſiam Ro. & alias manifeſtatur: cōe ſiquidem eſt cuilibet particulari eccleſie eſſe partē. Et hinc fit q nō per proprietatem verificatur de quacūq̄ particulari eccleſia/ſed tantūmodo de eccleſia catholica q eſt edificata ſuper hanc petram:de ipſa enim ſola ad litteram loquitur chriſtus/ dicens ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meam:in qua tn̄ omnes partiales chriſti eccleſie claudūtur vt partes in toto. Differt autem Ro. eccleſia ab aliis partialibus eccleſiis propinquitate ad caput eccleſie catholice:nā eccleſia Ro. in ſuo proprio capite nō ſolum proxima ſed eadē facta eſt cū capite eccleſie catholice: ex facto enim petri vnus atq; idē factus eſt pontifex Romanus & pontifex eccleſie catholice:ſecundum ſeipſam vero immediate heret pontifici eccleſie catholice. Alia aūt quecunq̄ partialis eccleſia nec ſecundū ſeipſam immediate iūgitur

paſtori eccleſie catholice/nec ſecundū ſuū caput coincidit cū capite eccleſie catholice. Ob hanc igitur proximitatem & cōiunctionem eccleſie Ro. ad paſtorem eccleſie catholice/appropriantur verba chriſti ad Ro. eccleſiam potiuſq̄ ad alias: nō ꝙ illi ſint propria/ſed eccleſie catholice: vt dictum eſt. Promiſit igitur dn̄s petro hac prima promiſſiōe/ ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meam/ futurū ipſum fundamentum eccleſie catholice. ¶ Per ſecundam aūt promiſſionem (tibi dabo claues regni cœloꝝ) plenitudinem poteſtatis eccleſiaſtice eidem promiſit: quod tripliciter manifeſtatur. Primo ex ipſa re ſignificata per claues regni celorum: poteſtate ſcilicet aperiendi & claudendi cœlorum regnum/non his vel illis/ſed abſolute: vt cōprehendantur omnes viatores/quibus claudi vel aperiri regnū celorum poteſt. Hmōi ſiquidem poteſtas/quadruplex poteſtatis genus ſub ſe cōprehendit: hoc eſt iudiciariā tam in foro penitentie q̄ in foro eccleſie: qm̄ omnis eccleſiaſticus iudex vtriuſq; fori/ſoluendo vel ligādo aperit vel claudit regnū cœlorū illi qui ſoluitur vel ligatur. Poteſtatē quoq; gubernatiuam eccleſie catholice: nā prouidendo/gubernādo/inſtituendo/diſponēdo &c̄. eiuſmodi faciendo/nihil aliud fit q̄ aperitur vel clauditur regnum cœloꝝ. Poteſtatē etiā ad purgatorium extenſam cōprehendit: vbi nota ꝙ licet chriſtus nō dederit petro iudiciariam poteſtatem ſuper purgatorium: dedit tn̄ illi claues regni cœloꝝ/aperiendi etiā vel claudendi his qui ſunt in purgatorio. Et propterea de poteſtate iudiciaria loquens appoſuit locū ſcilicet ſuper terrā dicens quodcūq; ſolueris ſuper terram & quodcūq; ligaueris ſuper terram: eximens per hoc eos qui ſuper terrā amplius nō ſunt/a iudiciali poteſtate petri. Loquēs aūt de clauibus regni cœloꝝ/ nullum exemit viatorē cui per eccleſiam poteſt aperiri vel claudi regnum celoꝝ: ſed abſolute & illimitate dixit tibi dabo claues regni cœloꝝ: vt poſſet petrus cuicūq; viatori regnū cœloꝝ aperire poſitiue/claudere vero ſaltem negatiue. ¶ Hæc autem dicentes nequaq̄

aug. ſacroſq; canones poteſtatē petri ad excōicandum etiā defunctos tuentes oppugnamus: immo hinc qđ diximus cōfirmamus. Nam eccleſiaſtica cenſura in defunctos quatenus ſoluit aut ligat/ad id reſpicit quod ſuper terram eſt/ hoc eſt viuos: qui ligantur ne communicent aut ſoluuntur vt communicent defuncto: quatenus vero aperit aut claudit regnum cœlorum/ad defunctorū animas reſpicit: quibus vere hinc aperitur aut clauditur regnū cœlorum. Terminatur ergo iudiciaria poteſtas ſuper terram: claues aūt regni cœlorum ad omnes viatores ſe extendunt. Poteſtatem demum imperatiuam vniuerſis ad eccleſiam quomodolibet ſpectantibus in ordine tamē ad regnum cœlorꝝ: exigit ſiquidem recta ratio vt poteſtas quæ ſupremum ſortita eſt finem/ reliquis omnibus imperet in ordine ad ſupremum finem: vt facile manifeſtatur inducendo tam in artibus q̄ in rectoribus ducibus & principibus. Quilibet nempe artifex/rector/dux/princeps ſuperiorem ſortitus finem/ordinat alios artifices/ rectores / duces/ principes ad ſuum finem: ac per hoc illis quatenus ad ſuum diriguntur finem/præcipit. Conſtat autem regnum cœlorum ſupremum eſſe finem / poteſtatiq; clauium petro promiſſarum reſpondere: reliqua vero omnia temporalia ad hūc finem quandoq; oportere diſponi. Sub hac igitur petri poteſtate comprehēditur poſſe imperare regnis & principibus omnibus in ordine ad regnum cœlorum: nec enim hmōi imperium aliud eſt q̄ aperire & claudere regnum cœlorum: vt de ſe patet. Ex re igitur promiſſa per claues regni cœlorum/ patet primo q; plenitudo poteſtatis eccl'iaſticę petro promiſſa eſt a chriſto/dicente tibi dabo claues regni cœlorum. ℂ Declaratur deinde idē ex modo loquendi ſacre ſcripture: Iſa. quidē. xxii. de eliachim ſummi ſacerdotis plena poteſtate dicitur: & dabo clauē domus dauid ſuper humerum eius/ & aperiet & nō erit qui claudat/& claudet & nō erit qui aperiat. In nouo quoq; teſtamento apoc. iii. de xp̄i poteſtate dicit̄: q habet clauē dauid/aperit & nemo claudit

Exclu/ſio obie/ctionis.

claudit & nemo aperit. ¶ Nec obſtat ſi obiiciatur in textū
euangelii non haberi ꝙ ſi petrus aperiat nemo claudit / &
ſi claudat nemo aperit: quia etſi nō habentur hæc verba/
habetur tamen idem ſenſus. Ex eo ſiquidem ꝙ de minori
bus actibus clauium in euangelio habetur: quodcunq; li/
gaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis/& quodcūq;
ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis: manifeſte
habetur ꝙ ita petrus ligat ꝙ nemo ſoluit / & ita ſoluit ꝙ
nemo ligat: quod enim in terra ligatum in cœlo quoq;
ligatum eſt / conſtat ita eſſe ligatum ꝙ nemo ſoluit: & ſi/
militer quod in terra ſolutum in cœlis quoq; ſolutum eſt/
conſtat ita eſſe ſolutum ꝙ nemo ligat. Ex hoc autem ſuffi/
cienter habetur ꝙ ita petrus aperit regnum cœlorum ꝙ
nemo claudit / & ita claudit ꝙ nemo aperit: equum eſt
enim vt non minus ſed potiori modo poſſint claues pe/
tri adequatos ſibi actus q̄ actus minores exercere. ¶ Et
aduerte ꝙ verba illa Iſa. xxii. dicta ſunt de eliachim in
perſona chriſti: vt glo. ibi dicit. In cuius ſignum Ioannes
euangeliſta eadem repetit de chriſto / tanq̄ monſtrans il/
lum eſſe in eliachim ſignificatum: & ipſemet Iſaias. ix. ca.
de chriſto ſcripſerat/& factus eſt principatus ſuper hu/
merum eius: vt oſtendatur clauis ſuper humerum eius
principatus ſuper humerum eius: ac per hoc vndiq; perci/
piamus per claues regni cœlorum plenitudinem poteſta/
tis ſignificatam. Accedit autem ad hoc teſtimonium a con
ſuetudine: in ſignum enim ſumme poteſtatis claues regni
regi offeruntur. Quocirca iungendo ambas promiſſiones
quum ex prima petrus futurus ſit fundamentum eccleſie
catholice (vbi in petro officium ſuſtinendi eccleſiam ca/
tholicā in fidei ſoliditate ſtatuitur/& pariter eccleſie catho/
lice neceſſitas inherendi petro vt fundamento imponitur
edificationis. n. rō expoſcit/vt edificium neceſſitatē habeat
inherendi petre ſuper quam fundatum eſt) ex altera vero
petro eccleſie poteſtatis plenitudo pollicita ſit: manifeſte
liquet ꝓmiſſum huiuſmodi verbis petro eccleſie catholice

pōtificatū eſſe:hæc enim duo præcipua eſſe in totius chri/ſtianæ eccleſie pōtifice cōſtat.Ex matthei euāgeliſte igitur verbis tu es petrus &c̄.collatis cū aliis euangeliis ac diſcuſſis manifeſtatum credimus ſoli petro pontificatū eccleſie catholice eſſe promiſſum a chriſto.

¶Perſone petri q̄uis charitate qualificate dictū eſſe paſce oues meas. Ca. VIII.

EXPEDITO TRACTATV DE promiſſionibus ſoli petro factis a dn̄o apud mattheum : tractanda occurrit cōmiſſio quā ſaluator petro fecit apud Ioannē/quū toties ei dixit paſce oues meas.Vbi ſicut in antedictis/quatuor dilucidāda occurrūt:hoc eſt ꝙ perſone petri/ꝙ ſoli dicta hæc intelliguntur ita ꝙ nuſq̄ alias cæteris ſimilia dicta ſunt ꝙ tota eccleſia paſcenda cōmiſſa eſt petro/& ꝙ per hæc pontificatus eccleſie catholice datus eſt petro. ¶Quoniā aūt ſoluere neſcit qui nodum ignorat:quæ rem dubiam reddere poſſunt/in hoꝝ ſingulis afferenda ſunt. Ex duobus in primis apparet ꝙ non perſone/ſed qualificate perſone dictū eſt paſce oues meas. ¶Primo ex cognominatione petri : dum appellatus eſt Symon ioannis/hoc eſt obediēs gratie: neq; enim fruſtra(vt beda hic dicit)ſic eum dn̄s appellauit : ſed ad hoc myſterium inſinuandum. ¶Deinde ex trina interrogatiōe diligis me/vbi manifeſte amanti dixit paſce oues meas.Ex his enim apparet ꝙ non perſone/ſed perſone qualificate obediētia diuinæ gratie & amore ipſius chriſti/dictum eſt paſce oues meas.

Primo. Secūdo

¶Hoc in loco obſeruandum eſt ne in extremos declinemus errores/ſed media incedamus via:quū enim de qualificate perſone officio agitur/quatuor occurrūt: ſcilicet perſona/qualitas eius/vſus officii & rectitudo eius. Quæ oīa licet diuerſa ſint: hæretici tn̄ nolentes diſcernere inter poteſtatis vſum & rectitudinē vſus/totum qualitati tribuunt:

malos

malos chriſti miniſtros cognoſcere refutantes/quia quali ficati chriſti charitate nō ſunt:tanq̄ poteſtas & rectus pote ſtatis vſus idem ſint/vel ſaltem vtrūq; qualitati hoc eſt cha ritati commiſſum ſit: vnde latius aberrantes cuilibet iuſto eccleſiaſticam arrogant poteſtatem. Stulti aūt(quorum in finitus eſt numerus)rectitudinem vſus paruipendentes/ſi perſone eccleſiaſticam tribuunt poteſtatem quicquid ſit de charitatis qualitate/feciſſe putāt ſatis. Recta vero ac catho lica ratio mediā amplectitur viā / perſone qualificate datā & dari debere eccleſiaſticam poteſtatem cenſens:ea tñ ra tione vt pſone poteſtas ſeu poteſtatis vſus / qualitati vero rectitudo vſus reſpōdeat. Sic enim vterq; vitatur error: dū ſapienter qualificate perſone cōmittitur vt recte vtatur ec cleſiaſtico miniſterio/ et ſi contingit malos eſſe miniſtros eccleſia ambiguitati aut fallacie periculo nō ſubſit/ ſed per malos etiam bona ſuſcipiat. Et ſi ſapiens quicq; qualifica te debet perſone cōmittere rectum vſum officii/hoc maxi me decuit ſapientiam incarnatam:& propterea tertio a pe tro exigit qualitatem charitatis cōmittendo ei actum opti mum: ita q̄ exacta charitas bonitatē actus reſpicit/& ipſa rectitudo ſeu bonitas actus charitati tribuitur: vt omnes cōiter doctores ſonant. Patet autem actum optimum a ſal uatore petro cōmitti dicendo paſce oues meas/ex ſingulis trium dictionū: paſcere enim eſt conferre nutrimentum/ quo oues nutriūtur/augentur/multiplicātur & viuūt. Oues dixit/non hedos/non boues/non lupos & id genus homi nes/luxurioſos/ſuperbos/rapaces/inuidos/maledicos &c. Meas addidit/ vt pprio amore ſubtracto / amor chriſti rō paſcēdi oues ſignificata explicetur. Ex quibus tribus ſimul iūctis perſpicuum ſit q̄ actum optimum cōmittebat petro dicens paſce oues meas:& quia(vt dictum eſt)actus opti mus non poteſt niſi a charitate chriſti prodire/ ideo pſone qualificate charitate a dño cōmiſſus eſt. Ex hoc autem nō ſequitur(vt hæretici fingunt)q̄ qualitati cōmiſſum eſt pa ſtorale officium:ſed charitati quidem cōmiſſa intelligitur

bonitas ſeu rectitudo vſus officii paſtoralis : ipſe aũt vſus pſone cõmiſſus intelligit. Vnde & dñs hoc in loco ter exacta charitate non dixit/charitas tua paſcat oues meas: ſed pſonã ter alloquit dicẽs/paſce tu agnos ſeu oues meas. Et ſicut apud matth. perſona petri deſcripta eſt noĩe pprio & noĩe pprio patris carnalis quo ad corpus/& interne reuelationis gr̃a quo ad aĩam/vt ex his ſingulariter petro cõuenietibus pſonã eius intelligeremus : ita quoq̧ hoc in loco nõ ſemel ſed ter eodẽ noĩe pprio & patris carnalis pſona petri ẜm carnẽ deſcribit Symon ioannis ſeu ione(vt correctiores codices habẽt)& ẜm aĩam ex ppria humiliatiõe qua cor xp̃i ſciẽtie ſubmittit/ ter repetẽs dñe ſcis quia amo te:& ex propria cõtriſtatione/ cõtriſtatus eſt petrus &c̃. vt ex his ſibi ppriis petri pſonã aperte intelligeremus eſſe illam cui xp̃s dixit paſce oues meas : ac proinde non dono charitatis ſed pſone cõmiſſum officiũ paſtorale percipere mus : ex exacta aũt charitate intelligeremus charitati cõmitti rectitudinẽ vſus officii paſtoralis:nemo.n.ſine charitate poteſt officio paſtorali recte vti. Et hec ẜm lr̃alem euãgelii ſenſum ſũt:ad miſticũ vero ſenſum(vnde efficax nõ poteſt argumentũ trahi)ſpectat ꝙ Symon ioannis interpretatur obediẽs gratie. Vnde patet ꝙ xp̃s nõ qualitati ſed perſone petri qualificate charitate dixit paſce oues meas: ac proinde ſi decidiſſet petrus a charitate / nõ amiſiſſet paſtorale officiũ / ſed rectum vſum illius : quoniã a charitate pẽdet nõ officiũ/ſed rectitudo vſus:vt planũ eſt apud quẽlibet catholicum doctorem:& ſolos habet hæreticos contradictores.

Excluſio obiectionũ.

¶ Soli petro ita ꝙ nõ aliis apoſtolis dictũ eſſe paſce oues meas. Ca. IX.

QVOD AVTEM SOLI PETRO dictũ ſit a chriſto paſce oues meas/ textus ipſe clare manifeſtat : tum ex noĩe proprio ſuo & patris carnalis tertio repetito:tum ex cõparatione appoſita ad alios/diligis me plus his:cõ

paratiuū enim diuerſitatem monſtrat ipſius ad alios apo-
ſtolos preſentes quibus comparatur:tum ex propria petri
paſſione/qua cōtriſtatus deſcribit̄ ex tertia interrogatione
memor negationis chriſti predicte ſibi olim ipſo parato
mori: ita vt locus dubitationi non relinquatur. Et quoniā
hæc fuerunt petro data poſt reſurrectionē domini/ & aliis
apoſtolis nec antea nec poſtea inuenitur ſimile quid dictū
reſtat vt omnino ſoli petro dictū ſit paſce oues meas. Nec
obſtat ꝙ eccl'ia apoſtolos omnes vocat paſtores dominici
gregis in prefatione(quos operis tui vicarios eidem con-
tuliſti p̄eſſe paſtores) quoniā hoc ad apoſtolatum mani-
feſte refertur:& propterea eo modo dicuntur paſtores do-
minici gregis/quo ad apoſtolatum ſpectat paſtoralis cura
vt autem apoſtoli nomē teſtatur / paſtorale exercitium ad
apoſtolos ſpectat vt ad legatos chriſti: & ſic hoc eſt vt le-
gati chriſti dicuntur paſtores dominici gregis. Petrus aūt
(vt ex ſupra dictis & dicendis patebit)cōſtitutus eſt vt or
dinarius paſtor etiam ipſorum apoſtolorum:& hoc ſigni-
ficant chriſti verba paſce oues meas.

¶Petro ſoli vniuerſam committi eccleſiam/per hæc
verba chriſti paſce oues meas. Ca. X.

VNIVERSAM AVTEM COMMITTI
eccleſiam petro ꝑ hec verba paſce oues meas
ſophiſtice in dubiū vertitur ex ſex. ¶Primo Primo.
quia nō dicitur paſce oues meas oēs: ſi.n.tota
eccleſia comprehenſa eſſet/dici debuiſſet oēs
oues meas: ſicut dictum eſt docete omnes gentes matth.
vltimo.¶Secundo:quia nihil impoſſibile commiſſum eſt Secūdo.
a chriſto:vniuerſam autem per orbem eccleſiam paſci ab
vno eſt impoſſibile.Et ſi dicatur ꝙ vnus ꝑ alios poſſet pa-
ſcere totū orbē.Cōtra: quia dn̄s dixit paſce/& nō dixit fac
paſcere oues meas:hoc enim etiam ethnicus poſſet facere
cōmittere.ſ.aliis vt paſcerent oues chriſti. ¶Tertio: quia Tertio.
peccaſſet petrus ſi nō oēs ſolus pauiſſet/ſi oēs ſoli cōmiſſe
ſunt.¶Quarto:quia petrus nullum ap'l'm miſit: & quilibet Quarto

Quinto apoſtolus ordinauit epos abſq; petri authoritate. ¶ Quin-
to: quia cōfitemur apoſtolos in diuerſas mundi partes tanq̄
Sexto. ſuas portiones diſtributos. ¶ Sexto: quia petrus circūciſio-
nis tantum oues ſortitus eſt: vt patet ad gala. ii. Vbi dicit
Paulus: quū vidiſſent q creditū eſt mihi euangelium pre-
putii/ſicut & petro circūciſionis: qui enim operatus eſt pe-
tro in apoſtolatu circūciſiōis operatus eſt mihi inter gētes.
¶ Quod manifeſte autem exorbitent hæc a vero euāgelii
ſenſu/nō eſt difficile aperire. Dicēdo ſiquidem paſce oues
meas: oportet aut omnes/aut iſtas/aut nullas/vt vage oues
cōmitti paſcendas. Et quidem q non has vel illas determi-
nate cōmiſerit/verba ipſa teſtantur: q vero nullas/veritati
aduerſatur: q autem vage reliquerit/& chriſti ſapientie de
rogat/& veritati pronominis adiuncti contrariatur: ſapiē-
tis enim gubernatoris & potentis definite prouidere/ non
eſt vagam relinquere prouiſionem ſuam. Et conſtat q ex
hocipſo q ſolo pronomine meas demonſtrans oues non
vage ſeu indefinite loquitur: ſed ex hocipſo q nullas ſuas
eximit/omnes ſuas cōprehendit dicēdo paſce oues meas.
Et obſerua peruerſitatem exponēdi: qn̄ apud math. dicitur
ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam/de omni ec
cleſia chriſti intelligendum putant/ne vnam ſolam eccle-
ſiam ſuper petram edificatam fateantur: quādo vero apud
Ioannē petro dicitur paſce oues meas indefinite exponūt/
ne oues chriſti ſub vno paſtore cōprehendant. Ibi rem ſin
gularem vnam ſcilicet eccleſiam catholicam/ cōtra omnē
rationem diſtribuūt vniuerſaliter/ hic res diuerſas/multas
ſcilicet oues diſtribuere vniuerſaliter recuſant: vt hinc vi-
deas falſos eſſe eorum ſenſus: falſum enim etiam a ſeipſo
diſſonat. Et per oppoſitum quia vero omnia cōſonant: ec
cleſiaſticus ſenſus ſicut habet q ibi ita vnica intelligitur ec
cleſia catholica/vt cōprehendantur omnes chriſti particu-
lares eccleſie in ea tanq̄ partes in toto: ita hic oues chriſti
ita intelliguntur explicate per pronomē meas/ vt nulla re-
linquatur quæ ſub pronomine meas cōprehenditur. Et p-

pterea non oportuit apponere omnes: quia quecū𝄐 oues ad quas extenditur pronomen meas/cōprehenduntur quū dicitur paſce oues meas: ſicut Io.x. oēs comprehenſe ſunt chriſti oues quū dixit dñs/ animam meā pono pro ouibus meis: & rurſus oues mee vocem meam audiunt &c̄. Vnde li meas vniuerſalis ſigni ſupplere effectū altiori ratione neceſſario appoſitū patet: & propterea non eſſe ſimile iudicium de hoc tex. & illo docete omnes gētes: ibi enim tam ſuas q̄ non ſuas per electionem gentes docendas mādauit hic vero oues ſuas paſcendas cōmiſit ſufficiēter/ p̲ li meas cōprehendens omnes: vt ratione & teſtimonio ſcripture monſtratū eſt clariſſime conſtare ex eodem euangeliſta.

Ad primum.

¶ Et hinc confirmatur ſenſus catholicus: quoniā quod ibi chriſtus promiſit/hic exhibuit: & propterea quia ibi totam eccleſiam promiſit/hic omnes oues cōmiſit. Et cōfirmatur rurſus ex verbis dñi Io.x. alias oues habeo quæ nō ſunt ex hoc ouili/ & illas oportet me adducere/ & fiet vnū ouile & vnus paſtor: ſi enim ex ouibus omnibus ouile vnum conſtare debet ſub vno paſtore/conſequens eſt vt quum vnus paſtor inſtituitur & dicit̄ paſce oues meas/illius vnius ouilis cura cōmittatur. Dubitandum enim forte fuiſſet ſi plura haberet chriſtus ouilia / de quibus ſuis ouibus loqueretur: quū autem vnum tantum ouile ſe habere teſtetur/dubitari non poteſt quas ſuas oues cōmittat: niſi quis adeo deſipiat vt de parte tantum ouilis curam cōmittat. Et confirmatur rurſus hic ſenſus ex ſanctorum expoſitione: quo℞ authoritates latius inferius afferentur. Vnde theophylus hic dicit. finito prandio cōmiſſionem ouium mundi petro cōmendat/non alii.

Ad ſecundum.

¶ Ad ſecundam vero obiectionem dicitur: 𝄐 non eſt impoſſibile/ ſed neceſſariū atq̄ vtile oēs xp̄i oues paſci ab vno vt catholice eccleſie capite. In hoc autem paſcendi modo/ſcilicet vt a capite catholice eccleſie/ claudit̄ 𝄐 chriſti oues diuerſis coadiuuantibus membris paſcūtur a capite: ſicut totum corpus a capite regitur coadiuuātibus aliis membris. Vnde non eſt dicendum 𝄐 petrus paſcit. i.

facit paſcere:ſed ꝙ ipſe vt caput per alia cōmembra coad-iuuantia paſcit oēs chriſti oues:quod non poſſe per princi-pem laicum aut quēcunq alium qui nō eſt caput eccleſie/ fieri cōſtat. Tātoq poſſibilius eſt a petro paſci oēs chriſti oues/quanto petrus vicarius eſt chriſti viuentis/ regnantis & aſſiſtentis ad dirigendū / inſpirandū atq adiuuandum.

Ad ter-tium. ¶ Vnde patet ſolutio tertie obiectionis: cōmiſſum eſt cū petro ſoli nō vt ſolus omni modo/ſed vt ſolus tanq̄ caput catholice eccleſie paſcat oēs chriſti oues: & propterea nō peccat ſi per cōmembra adiuuatur ad paſcēdū chriſti oues

Ad quar-tum. ſed peccaret ſi cōcaput eccleſie catholice ſuſtineret. ¶ Ad quartam dicitur petrū nullū miſiſſe apoſtolū:quia preuen-tus eſt a chriſto dño: qui miſit apoſtolos Io.xx.ſicut miſit me pater & ego mitto vos. Et ꝑpterea poterāt authoritate apoſtolatus epos ordinare abſq habita a petro facultate.

Ad quī-tum. ¶ Ad quintam dicitur ꝙ diſtributio apl'oꝝ ad apl'atus exe quutionē ſpectat: & nihil penitus obſtat paſtorali officio petri:ſicut in nullo eius authoritas imminuta eſt ex hoc ꝙ chriſtus apl'os miſit:hoc.n.ad legationē illud vero ad exe-

Ad ſex-tum. quutionē pertinet. ¶ Et ꝑ hoc etiā ſoluitur ſexta obiectio: nā quantū ad exequutionē apoſtolatus Paulus loquitur:vt ipſa verba clare teſtantur/ qui operatus eſt in apoſtolatu. Cum his enim diuerſis exequutionibus euidenter ſtat vni tas paſtoralis cure apud petrum.

¶ Petro per hæc verba paſce oues meas/cōmiſſum a chriſto pontificatū totius eccleſie eſſe. Ca. XI.

ECCLESIE TOTIVS PONTI-ficatum petro per hæc verba collatū inficiantur aliqui.

Primo. ¶ Primo: quia paſcere non ſignificat principari aut eſſe primum.

Secūdo ¶ Secundo: quia verbum chriſti eſt vel exhortatoriū vel præceptorium ad paſcendū/non ad ſubiiciendum oues.

¶Et ſi dicatur: paſcere non poteſt niſi ſuperior: quid ad me? quere locũ vbi verba ſint conferentia petro poteſtatẽ ſuper eccleſiam: hic enim ſolummodo paſcere cõmittitur. Repli-ca.

¶Verum difficile nõ eſt pontificatum monſtrare ſub his verbis datum. Paſcere ſiquidem chriſti oues/ actus eſt authoritatis in paſcente/ vtilitatis in ouibus/ finis in chriſto. Eo nãq ipſo ꝙ xp̃s ſuos vt oues paſcẽdas petro commiſit meridiana luce clarius patet ꝙ ipſum prefecit aliis vt paſtorem ouibus. ¶Non oportet ergo alium querere locum vbi petro poteſtas data eſt ſuper eccleſiam: quoniam hic locus eam atteſtatur datam: niſi quis vſqadeo deſipiat/ vt petro dictum putet paſce oues meas non officio paſtoris/ ſed officio mercenarii. Quæ etiam inſipientia confutatur ex trina exactione charitatis chriſti a petro: cui enim amore chriſti paſcende oues committuntur/ procul abeſt amor mercenarius. ¶ Vnde etſi paſcere non ſignificat principari/ ſignificat tamen actũ eccleſiaſtici principis: & rurſus ſi non ſignificat principari/ preſupponit tamen principatũ quia preſupponit paſtorem. Vnde & bene reſpondebatur ꝙ paſcere non poteſt niſi ſuperior. Ad primum.

¶ Et quũ dicitur quid ad me? reſpondetur multum profecto ex ipſa ratione connexorum: habent enim hoc vt altero collato reliquũ tributum intelligatur. Quo fit vt ſi paſcere non poteſt niſi ſuperior/ cui datum eſt paſcere/ datum quoq eſt eſſe ſuperiorẽ: vnde ex hoc etiam capite liquet ꝙ non eſt alius querẽdus locus ſcripture/ vbi petrus factus eſt ſuper eccleſiam: q̃m hic clare habetur. Ad replicã.

¶ Affirmamus autẽ chriſti verbũ preceptorium eſſe: nã ſi apoſtolo Paulo ve eſt ſi nõ euãgelizauerit/ multomagis petro ve eſt ſi non pauerit oues chriſti. Sed nõ preceptoriũ ſolummodo eſt chriſti verbũ/ ſed inſtitutorium: nam ſi in conditione prime partis vniuerſi verbum dei inſtituit creaturas precipuas/ & ſimul proprium earum opus precepit (iuxta illud: ſtatuit ea in eternum & in ſeculum ſeculi/ præceptum poſuit & non preteribit) par eſt vt in creatione chriſtiane eccleſie primum Ad ſecũdum.

eius mēbrum eodē verbo perfecerit / precipiēdo ſummū pontificatus opus & inſtituendo ipſum pontificatum. Eo vero ipſo quo petro vt paſcat chriſti oues cōmittitur/chriſtianus populus vt oues iubetur ſe habere ad petrū:fruſtra enim cōmitterentur vt oues paſcende a petro/ niſi vt oues exhiberentur eidem a communi dn̄o. Vnde neceſſitas nō ſolum paſtus ſed ſubiectiōis in verbis dn̄i ſignificatur quū dicitur paſce oues meas. Atteſtante etiam hoc aug. hic exponente paſcere non ſolum docere ſed regere / dum dicit oues ipſas paſcendas hoc eſt docēdas regendaſq; cōmittit & chryſo. paſce oues meas/fratrum curam ſuſcipe: & glo. ex alchui. paſcere oues eſt credētes in chriſto ne a fide deficiant confortare/terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis ꝓuidere/& exempla virtutis cum verbo prædicationis impendere/aduerſariis obſiſtere/errātes ſubditos corrigere. Quocirca etſi paſcere non ſignificat principari: ſignificat tn̄ chriſti oues regere:in quo clauditur principari: etſi nō ſignificat principari/trahit tn̄ ſecum principari:ſicut trahit ſecum requirere/reducere/alligare/conſolidare / cuſtodire & ſanare:quorum meminit dn̄s Ezech. xxxiiii. vnde & petrus princeps apoſtolorum & princeps ſuper plebem xp̄i conſtitutus dicitur: & iuxta gre. verba ad mauri. cura ei totius eccl'e & principatus cōmittitur. ¶ Et ſi queratur quare dominus cōmiſit pontificatū petro non ſub vocabulo prelationis ſeu authoritatis vel dignitatis / ſed actus paſcendi ſuas oues? In prōptu ratio eſt: & ex parte rei / quia prelatio ſeu authoritas eſt ꝑpter paſcere oues chriſti/ & nō ecōtra. Et ex parte appetitus regulandi: quia non locus ſuperior/ non dignitas aut authoritas ambienda eſt/ſed paſtus ouiū chriſti appetendus in pontificatu:iuxta quod apoſtolus poſtea dixit/qui ep̄atum deſiderat bonum opus deſiderat. Et ex parte ſcripture adimplende:dixerat enim ante paſſionē Luc. xxii. reges gentium dominantur eorum/ & qui poteſtatē exercent in eos benefici vocantur: vos aūt nō ſic / ſed qui maior eſt in vobis fiat ſicut minor. Hinc enim a miniſteriali

ſteriali actu paſcēdi chriſti oues / ſignificauit pontificatum tacitum/tanq̄ annexum quid & non eſtimandum niſi propter vtilitatem ouium chriſti : cuius oppoſitum contingit in regibus & dominis gentium:qui ad hoc vt regnent & domini ſint omnia ordinant.

¶ Porro commiſſum inter actus pontificios opus præcipuum/petri monſtrat pontificatum : paſcere ſiquidem electos præcipuus eſt pontificis actus. Nam ſicut ad ſupremā diuine prouidentie partem ſpectat cura electoꝝ(ad quoꝝ felicitatem non ſolum cœli motum ordinauit:teſtante Ioanne in apoc.ca.vi.dictum eſt illis vt requieſcerent adhuc modicum tempus donec impleatur numerus conſeruorū eorum:ſed etiam ipſemet deſcendit de cœlis/ &.homo factus/ crucifixus/ mortuus/ ſepultus & cætera oīa ſuſtinuit propter electos)ita ad ſummā eccleſiaſticam curam/ quā pontificatū vocamus/ſpectare oportet paſcere electos. Cōſtat autem ſolos electos ſignificari quū dicitur paſce oues meas:teſtāte hoc ipſo domino Io.x.dicente/oues mee vocem meam audiunt/& ego cognoſco eas & ſequuntur me & ego vitam eternam do eis/& non peribunt in eternum & nō rapiet eas quiſq̄ de manu mea. ¶ Nec propterea petri pontificatus quaſi ad ſolos electos ſe extēdat / reſtrictus eſt:ſed ſubordinatus electorū paſtui hinc eſt omnis circa alios pontificatus actus. Sicut enim ſecundum vniuerſi ordinem vnicus cœli motus propter implendum numerum eſt electorū/& idem tñ etiā ad propagandos non electos ſe extendit:& ſecundum ordinem gratie ſumme bonus paſtor chriſtus animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis/ hoc eſt electis/& tamen eadē mors pro totius mundi vita fuit:ita in ſacris myſteriis ſummus pontificatus propter paſcendos eſt electos / & idem non electos comprehendit. Nec immerito:quoniā eiuſdem eſt cura finis & diſpoſitio eorum quæ ſunt ad finem:vita autem electorū finis eſt gubernationis aliorum. Omnia inquit apoſtolus.ii ad thi.ii. ſuſtineo propter electos:& ad Ro. viii.omnia electis do-

nata teſtatur:& ſuper omnia bona dñi cōſtituendi affirmā tur electi matth.xxiii. Nec ſilentio inuolutos propterea dixerim preſcitos:quoniam ſub agnorum nomine comprehendi aliquos preſcitorum non inconuenit: ſunt enim chriſtiani multi imperfecti ſemper diſcentes & nūq̄ ad perfectionem ouis peruenie͂tes:quos dñs paſcendos ſimul cū ouibus hoc eſt electis cōmiſit petro. Vnde bis commiſit agnos & tertio oues:nō ſolū quia imperfecti maiore ege͂t cura:ſed vt ipſo numero diuerſitatem inſinuaret agnorum ſuorum/hoc eſt chriſtianorum cōmunem vitam ducentiū dum alii reprobi alii electi ſunt: oues autē ſemel & vltimo cōmittūtur: quia omnes chriſti oues inter electos ſunt/ & creſcens oratio ad ſummum terminatur. Et quū omnes paſtorali petri cure committantur/ſoli agni & oues paſcēde cōmittuntur:lupi ſiquidem leones & vrſi commiſſi intelliguntur cauendi fugandi aut exterminandi. Vnde nullus a petri pontificatu exemptus relinquitur/etiam ſi ſolūſfuiſſet illi commiſſum paſce oues meas:propter quas fiūt omnia vtpote quibus omnia cooperātur in bonum: vt apoſtolus ad Ro.viii.teſtatur. ¶ Fit autē rurſum huius excellētia cōmiſſi operis manifeſtior/diſcurrendo per paſtoralia pontificiaq; opera: nā ſex illos actus paſtorales Ezech. xxxiiii. poſitos(ſcilicet requirere quod perierat/reducere quod abiectum erat/alligare quod cōfractum fuerat/cōſolidare qđ erat infirmū/ſanare quod erat egrotū/cuſtodire qđ pingue & forte)ad paſtū ouium ordinari teſtatur dñs/ arguens de his paſtores dicēs:ve paſtoribus iſrael qui paſcebāt ſemet ipſos/nōne greges a paſtoribus paſcūtur?lac comedebatis & lanis operiebamini &c̄. Vbi rationē omiſſionis manifeſte reddit ex eo q̄ nō oues ſed ſemetipſos paſtores mali paſcūt:tanq̄ omniū hoꝶ operū ratio ſit vacare ad paſcēdū ipſas oues. ¶ Actus quoq; iudiciales qui in eccleſia fiunt tā in foro penitētie q̄ in foro cōtentioſo / ad paſcēdas chriſti oues ordinari non eſt dubium. Aperire demū & claudere regnum cœlorum ad paſtum ouium ſic ſpectāt/ q̄ aperire

regnum cœlorum eſt paſcere oues chriſti: claudere autem illud ad paſtum earundem ordinatur: quandoquidem ad bonum refertur electorum/quibus omnia cooperantur in bonum. Conſtat igitur ſi colligantur cuncta ſignificata ꝑ hanc promiſſionem paſce oues meas / commiſſum petro eſſe totius eccleſie pontificatũ. Nec vt noua hæc cudimus: ſed a patribus quæ didicimus proferimus/eorundem atteſtatione petri pontificatum firmantes: vt in vltimo patebit capitulo.

¶ Petrum habere ex chriſti inſtitutione ſucceſſorem in pontificatu eccleſie catholice. Ca. XII.

FIRMATO PETRI PONTIFICATV eccleſie catholice / oportet de ſucceſſore eius tractare. Et vt intelligatur manifeſte differentia inter catholicos & ſciſmaticos/ prenotandum eſt in quo cõuenimus & in quo diſſentimus: concorditer ſiquidem fatemur petrum apoſtolorum principem &c̃. fuiſſe Romanum pontificem/ſicut iacobus apoſtolus fuit pontifex Hieroſolymitanus: & propterea quemlibet Romanum ep̃m ſucceſſorem eſſe petri in pontificatu Romane eccleſie/ ſicut quilibet hieroſolymitanus ep̃s ſucceſſor eſt iacobi in pontificatu hieroſolymitane eccleſie. Concorditer quoq; affirmamus hieroſolymitanum ep̃m nõ ſuccedere iacobo niſi in hieroſolymitane eccleſie ep̃atu: non enĩ ſuccedit iacobo in authoritate apoſtolatus. Sed ſtatim diſſentimus/quũ inferre conantur Ro. pontificem nõ ſuccedere petro niſi in ep̃atu Ro. eccleſie: fatemur enim catholici Ro. pontificem ſuccedere petro nõ ſolũ in ep̃atu Ro. eccleſie/ſed etiã in pontificatu eccleſie catholice Vbi ſi perſpicaciter ſcrutati fuerimus videbimus duo ſup eſſe tractanda. an ſcilicet petrus habeat diuino iure ſucceſſorẽ in pontificatu eccleſie catholice/& an h̃mõi ſucceſſor

ſit romanus pontifex. Sciſmatici enim negant Ro.pontificem epiſcopum eſſe eccleſie catholice: & ꝑnegant oportere inſtitutione diuina aliquem vnum ſuccedere petro in regimine totius eccleſie: & ante omnia negant petrũ inſtitutum a chriſto pontificẽ eccleſie catholice. Quum autem iam declarauerimus hm̄ọi petri pontificatum: ſupereſt vt primo an habeat aliquem ſucceſſorem / & demũ an ille ſit romanus pontifex tractemus.

¶ Et iuxta prefixum modum afferenda cenſui argumenta / quibus cõtra vnicum petri ſucceſſorẽ in pontificatu eccleſie catholice inſurgitur. ¶ Arguitur ergo primo ex cõiunctis. Si hec verba chriſti ad petrũ / tibi dabo claues regni celoꝝ math. xvi. & paſce oues meas Io. vlti. extendunẽ ad ſucceſſorem / par eſt vt verba antecedentia cõcomitantia & ſubſequentia dicta petro a chriſto intelliganẽ quoqꝫ dicta nõ ſoli petro ſed ſucceſſori: ſed hoc conſtat eſſe falſum: vt patet ſigillatim diſcurrẽdo. Nam apud math. dñs premittit tu es petrus: & poſt ſubiungit reprehendendo petrum / vade poſt me ſathana quia nõ ſapis que dei ſunt: ſimiliter apud Io. premittitur / diligis me plus his? & ſimilia concomitanter interponunẽ cũ petri reſponſionibus: & poſtea ſubiungitur / quũ eſſes iunior cingebas te &c̃. nihil autem hoꝝ ſpectat ad ſucceſſorem ſecundũ litteralẽ ſenſum: ergo nec illa verba / tibi dabo & paſce oues meas ſunt ad litteram dicta petro & ſucceſſori: ſed ſicut reliqua miſtice applicantur ad ſucceſſores / ita & hec. ¶ Secundo ex ſimilibus. Verba chriſti Luc. xxii. ego rogaui ꝓ te &c̃. nõ ſũt ad lr̃am dicta petro & ſucceſſori: ergo nec iſta / tibi dabo claues & paſce oues meas &c̃ ſunt dicta petro pro ſe & ſucceſſore. Cõſequẽtia tenet a ſimili: preſertim quũ iſte textus a ſacris doctoribus afferatur pro ſoliditate ſucceſſionis petri in fide. Antecedẽs vero manifeſtatur ex eo ꝙ ibi dicitur / & tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos: ſi enim de quolibet ſucceſſore hæc dicta ſint / oporteret ſucceſſorem quemlibet auerſum quandoqꝫ eſſe vel fuiſſe / vt

(Margin: Primo. — Secũdo)

de ipſo poſſit verificari & tu aliquando cōuerſus: ſicut pe-
trus auerſus fuit negando chriſtum cū periurio / & poſtea
conuerſus confirmauit fratres ſuos. ❡ Tertio ex aliis eidē Tertio.
petro a domino dictis: puta anteq̄ gallus cantet/ter me ne
gabis math. xxvi. & vade ad mare & mitte hamum &c̄.
math.xvii. cur enim hmōi ſoli perſone petri ita ꝙ nō ſuc-
ceſſori dicta exponuntur/illa autem tibi dabo & paſce/ ad
ſucceſſorem referuntur? voluntarie enim hoc fieri videt̄.
❡ Quarto ex omiſſis. Nullibi ſiquidē dixit chriſtus ſe lo- Quarto
qui in illis verbis petro pro ſe & ſucceſſore: quū tamē de-
buiſſet hoc docere: quū hoc vt vnum de neceſſario credi
bilibus proponatur eccleſie: & ipſe Iſa. v. dixerit/ quid eſt
quod debui vltra facere vinee mee & non feci ei? ſi enim
totum quod debitum erat effecit ſinagoge iudeoꝝ / multo
magis totum effecit eccleſie chriſtiane. ❡ Et augetur hoc Confir-
argumentū ex hoc ꝙ dominus math. vlti. dicit: ecce ego matio.
vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad cōſummationē ſe
culi. Vbi quia ſe fore in toto hoc tempore cū eccleſia nos
certificare voluit/dicendo ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad
cōſummationē ſeculi/ manifeſtauit ꝙ ad diſcipulos pro ſe
& ſucceſſoribus eorum loquebatur. Hinc enim arguitur
ꝙ ſi petro & ſucceſſori intendiſſet hec dicere/explicaſſet
aut inſinuaſſet ſucceſſorem ſicut inſinuauit ibi ſucceſſores
diſcipulorum. ❡ Quinto ex coapoſtolis. Quenā ratio eſt/ Quinto
vt nullus aliorum apoſtoloꝝ habeat ſucceſſorem in apo-
ſtolatu / & ſolus petrus habeat? Et rurſus que ratio eſt vt
apoſtolorum ſucceſſores ſint & dicantur epiſcopi (quos
conſtat eſſe equales: vnde & fratres vocantur) & vnus
tantum epiſcopus ſucceſſor ſit petri ſuper totam eccleſiā?
Et rurſus vt pretactum eſt / que ratio ſuffert vt epiſcopus
hieroſolymitanus ſuccedat iacobo in epiſcopatu illius ec-
cleſie & non in apoſtolatu/ ſucceſſor autem petri ſuccedat
ei in apoſtolatu ac pōtificatu totius eccleſie? hoc enim nō
niſi humana ratione aut voluntate factum videtur: quum
ſcripture deſit authoritas. ❡ Deinde arguitur ducendo ad Sexto

Primo. incõuenientia multa. Et primo. Si ad ſolũ petrum refert chriſti verbum / ergo non ad ſucceſſorem: & iterũ ergo cum petro claues venerunt & abierunt. Et probantur ſequele: quia nõ poteſt ad plures pertinere quod ad vnum
Secũdo. tantum dicitur. ¶ Secundo: quia ſi ad ſucceſſorem extenditur / ergo neceſſaria ratione & ad alios apoſtolos: quia tunc erant preſentes / ſucceſſores autẽ petri nõdum erant.
Tertio. ¶ Tertio: quia ridiculum eſſet ꝙ omniũ eccleſiarum idem baptiſma / eadem euchariſtia / eadem confirmatio / idem verbum dei / idem ſacerdotium / eadem penitentie vnctionis matrimonii & reliqua ſacramenta / eadẽ fides ſpes charitas gratia / mors vita gloria eſſet / vna hec temporalis potentia vni tributa eſſet ſucceſſori petri per verbum dei
Quarto quod cõmune eſt omnibus. ¶ Quarto. Si vnus epiſcopus iure diuino ceteris prefert / manifeſte hiero. in epiſtola ad euandrũ que habetur .xciii. di. ca. legimus. hereſim docet: nõ ſolum ipſe / ſed petrus / paulus / ioannes / lucas / quos inducit irrefragabiles authores. Patet enim ibi epiſcopos eoſdem eſſe cum presbiteris / & epiſcopos equales eſſe.
Quinto ¶ Quinto: quia idẽ hiero. ſuper epiſtolã ad ti. & habetur xcv. di. ca. olim. dicit. Sicut ergo presbiteri ſciunt ſe ex eccleſie cõſuetudine ei qui ſibi prepoſitus fuerit eſſe ſubiectos: ita epiſcopi nouerint ſe magis cõſuetudine ꝙ̃ diſpenſationis dominice veritate presbiteris eſſe maiores / & in cõmuni debere eccleſiam regere. Non ergo diuino iure vnus petri ſucceſſor epiſcopus maior eſt aliis.

¶ Ad huius rei euidentiã conſiderandũ eſt triplici via manifeſtum fieri hec chriſti verba toties repetita / petro non ſolum pro ſe ſed pro ſucceſſore ſuo dicta eſſe. Prima via ex ipſis verbis domini quũ dixit paſce oues meas / procedit. Nam dicendo paſce oues meas / vnum ouium ſuarum paſtorem inſtituit: vt ipſa verba teſtantur / abſꝫ vlteriori probatione: paſtor autem ſignificat ordinariũ rectorem ouium: vt patet tum ex ipſis nominibus paſtoris & ouiũ / tum ex ipſa ratione paſcendi. Tum quia oportet eum qui.

ordinarie gerit curam ouium/ vel mercenarium vel paſto
rem eſſe: ſed mercenarius nõ eſt: quia quũ videt lupum
venientẽ fugit/ & nõ pertinet ad eũ de ouibus quia mer/
cenarius eſt: vt dicitur Io. x. relinquitur ergo ꝙ is qui or
dinarie curã ouiũ gerit/paſtor eſt. Cõſtat autem paſtorem
vtpote ordinariũ officialẽ nõ finiri morte illius qui paſto/
rale officium exercebat/ ſed per ſucceſſionẽ oportere du/
rare. Et hinc fit vt inſtitutio paſtoris ſit inſtitutio perpetui
officii: ac per hoc quod in prima inſtitutione paſtori tri/
buit/pro quolibet ſucceſſore eidẽ datur. Vnde ex hocipſo
ꝙ dñs dicendo paſce oues meas paſtorem totius eccleſie
inſtituit/ paſtorale officiũ totius eccleſie ſtatuit ex tunc &
in ſeculũ ſeculi: & cõſequenter quod dedit tunc petro/ ſi/
gnificauit ſe dare cuilibet petri ſucceſſori in petro. Rurſus
dicendo paſce oues meas/perpetuitatẽ paſtoris intelligen
dam ex alio capite monſtrauit: nã oues ſuas duraturas ſcie
bat &dixit vſq; ad cõſummationẽ ſeculi in ꝑſentis miſerie
ouili vno: & ꝓpterea eoipſo quo ouibus in vno ouili dura
turis vſq; ad cõſummationẽ ſeculi ꝓuidit de paſtore vno/
dicendo petro paſce oues meas/ ſignificauit ſe prouidere
de vno paſtore vſq; ad conſummationẽ ſeculi. Habemus
ergo dupliciter ex ipſis euangelii verbis a dño inſtitutum
eſſe quẽlibet petri ſucceſſorẽ paſtorẽ totius eccleſie in ipſo
beato petro. ¶ Secũda via ex rõnibus fundatis ſuper ſacra
ſcriptura procedit: tũ quia deſipientis eſt putare chriſtum
ꝓuidiſſe de paſtore ſuarũ ouiũ pro parte tẽporis & ea mi/
nima/ qua ſcilicet vixit petrus: & nõ pro toto & tã ꝓlixo
tẽpore vſq; ad cõſũmationẽ ſeculi/quo durãt ſue oues. Tũ
quia rõnabile eſt vt vl'itas tẽporis cointelligat̃ vl'itati loco
rum: & proinde quia dicẽdo paſce oues meas/ oues ſuas
vbiq; terrarꝝ cõp̄hendit/ cõſequens eſt vt eaſdẽ pro quo/
cũq; futuro tẽpore cõp̄hendat. Tũ quia chriſtus ſinagoge
dicens qd vltra debui facere vinee mee & nõ feci! inſuffi/
cienter ꝓuidiſſet chriſtiane eccl'ie cõſtituens eã vnũ ouile
ſine vno paſtore coeuo ouili/cõuerſante cũ ouibꝰ ſuauiter

hoc eſt ſenſibiliter ſecundū modū ipaꝝ ouiū / vtpote que viuūt nō ſola ſpūali ſed ſenſitiua natura: quū tñ de ipo ſcriptū ſit/attingit a fine ad finē fortiter & diſponit oīa ſuauiter ſapi.viii. ¶ Tertia autē & ea optima pariter & certiſſima via procedit ex expreſſa diuina reuelatione facta eccleſie ſue ſancte. Vt enim inferius de verbo ad verbum afferentur authoritates/manifeſte habetur ꝙ ī hoc ſenſu a ſanctis innumeris & a ſacris conciliis vniuerſalibus intellecta eſt inſtitutio pontificatus petri ſuper totam eccleſiā a chriſto facta. Certo autem certius eſt illum eſſe verum ſcripture ſenſum quem concorditer tradentibus ſanctis/ vniuerſalis ſynodi diffinitiōe accedēte habemus. Fatemur igiť abſqꝫ

Ad primum. omni heſitatione quemlibet petri ſucceſſorem/inſtitutum in beato petro eſſe paſtorem totius eccleſie.

¶ Ad primum ergo argumentum in oppoſitum de concomitantibus/diciť precedētia concomitantia & ſubſequētia inueniri duplicia: vel pertinētia ad paſtorale officiū vel nō ptinentia ad hoc. Et de impertinētibus quidē ad paſtorale officiū (quale eſt illud/vade poſt me ſathana: vt patet ī ipo euāgelii textu) nō oportet eſſe ſollicitū an ſpectent ad ſucceſſorem: de pertinentibus autem dicitur ꝙ eo modo quo pertinent ad officium paſtorale / eodem modo pertinent ad ſucceſſorē. Vnde vt ad ſingula deſcendatur: quia verba premiſſa apud matth. beatus es Symon bariona &c̄. non ſpectant ad pontificatum/ſed ad confeſſionem quam fecerat petrus (vt declaratum eſt) nec ad ſucceſſorē pertinēt. ¶ Quod vero dicitur tu es petrus & ſuper hanc petrā &c̄. quia ad pontificatum totius eccleſie neceſſario pertinet/ad ſucceſſorem quoqꝫ pertinere oportet: neceſſe eſt enim ſucceſſorem petri eſſe petrum.i.in fide ſolidum/vt ſuper hanc petram chriſtus edificet eccleſiám ſuam. Difficultates autē quæ circa hoc ſunt/ī ſequēti tractabunť capitulo. ¶ Quod autem dicitur apud Ioannem/diligis me & amas me/quodāmodo ad paſtorale officium ſpectat & quodāmodo nō. Nam rectitudo paſtoralis officii amorem chriſti exigit: ipſum autem

ſum autem paſtorale officium ſine chriſti amore poteſt & haberi & exerceri: & propterea amor chriſti ad ſucceſſorem quoq; ſpectat quantum ad rectitudinem vtendi paſtorali officio/non autem quantum ad habendum vel exercē dum ipſum paſtorale officium. ¶ Et ſimiliter quod adiungitur quū eſſes iunior/ licet cum petro finitum ſit quantum ad prophetie conſummationem :quantum tñ ad inſinuatā preparationem animi paſtoralis ad ponendum aīam pro ouibus chriſti/ & frequentem euentum perſequutionū aut mortis pro chriſti ouibus bono paſtori / ad ſucceſſoris rectitudinem atq; fortitudinem pertinet. ¶ Ad ſecundum dicitur:ꝙ verba illa domini iuxta regulam de pertinentibus vel impertinentibus ad officium paſtorale/ quia ad paſtorale ſpectat officium cōfirmare fratres petro pro ſe & ſucceſſore dicta intelliguntur. Vnde theo.hic dicit.Hoc autē petro dixit:eo ꝙ ſuperbire poterat in his quæ ꝑmiſſa erāt a chriſto. Et rurſus poſtꝗ me negato ploraueris ac penitueris corrobora cæteros/quum te principem apoſtoloꝝ deputauerim:hoc enim decet te/qui mecū robur es & petra eccleſie.Cirillus quoq; hic dicit:omiſſis ceteris venit ad petrum cæteris prelatum ¶ Nec propterea oportet quēlibet petri ſucceſſorem cadere a chriſti charitate:hæc enim dñi verba non neceſſitatem ſed poſſibilitatē auerſionis a charitate cum indeficientia fidei ſignificant: ſic vt ſi auerti cōtingat/conuerſus confirmet fratres ſuos. Indeficientia itaq; fidei in petro & ipſius ſucceſſione impetrata aſſeritur/cōfirmatio fratrū imponitur/ auerſio poſſibilis ſignificatur/ cōuerſioq; predicitur. Et hoc inſinuat aduerbium aliquando: ex hoc enim ꝙ non ſemper ſed aliqñ cōuerſus predicitur/ auerſio quoq; ꝙ quādoq; futura ſit inſinuatur. Ad quod verificandum non oportet quemlibet ſucceſſorem auerti:ſed ſat eſt & nimis etiam ꝙ qñq; ſucceſſor aliquis auertatur a chriſti charitate. ¶ Ad tertiū patere poteſt iam ſolutio: nā ſola ea quæ dicta ſunt petro pertinētia ad paſtorale officiū dicta ſunt ſibi pro ſe & ſucceſſore ad litteram: reliqua autē ad litterā dicta ſunt ſibi ſoli. ¶ Ad quartū(quod maxime

Ad ſecū dum.

Ad tertium.

Ad.iiii.

vrgebat)iam patet reſpõſio:ſignificauit enim chriſtus ipſe in petro cuilibet eius ſucceſſori ſe loqui/eoipſo ꝙ inſtituit eum paſtorẽ ouiũ ſuarum:tum ex parte officii paſtoralis: tum ex perpetuitate ouiũ ſuarum: vt predeclaratũ eſt. Vñ nõ minus aperuit hic in petro eius ſucceſſorẽ q̃ aperuerit apud matth.in diſcipulis ſuis eoꝝ ſucceſſores:ibi enim ex vno tantum capite ſcilicet diuturnitate ſucceſſionẽ ſignificauit/hic vero ex duobus ſcilicet et ex officio paſtorali & ex perpetuitate ouiũ ſuaꝝ:vt predeclaratũ eſt.

Ad quintum.

¶ Ad quintum dicitur:ꝙ nõ eſt eadem ratio de ſucceſſione in apl'atu & de ſucceſſione in pontificatu: apoſtolus enim vt ipſum nomẽ teſtatur/ſonat ab alio miſſum ſeu legatũ(iuxta illud apoſtoli.ii.ad cor.v.legatione pro chriſto fungimur:& ad ephe.vi.legatione fungor in cathena iſta)nõ eſt aũt legatorum vendicare ſibi ſucceſſores: ſed finitur legatio cũ legato/niſi a dño alius mittatur.Paſtor aũt ordinariũ officiũ ſonat:cuius eſt habere ſucceſſorẽ: & propterea eccleſia nõ habet apoſtolos qui ſucceſſerint in apoſtolatu/chriſti apoſtolis:ſed habet ep̄os ſuccedẽtes apoſtolis/nõ quo ad apoſtolatus authoritatẽ / ſed quantũ ad ep̄alem tam dignitatẽ q̃ authoritatẽ. Vnde ſi formaliter & exactiſſime loquendũ eſt/nec petrus habet ſucceſſorẽ in apoſtolatu: tũ quia apoſtolatum cõem habebat cum reliquis apoſtolis/pareſq; in apoſtolatu oẽs fuerũt/ac per hoc par eſt ratio in apoſtolatus ſucceſſione de omnibus:tum quia experientia teſtatur nullius petri ſucceſſoris libellos quantũcũq; ſanctos inter ſacras eſſe ſcripturas:vſq;adeo vt ep̄l'a pauli ad phylemonem quãuis cõmendaticia vnius ſeruuli/inter ſacras cõputetur ſcripturas. Veruntamẽ quia ſucceſſor petri ſuccedens ei in paſtorali officio ouium chriſti(quod eſt pontificatus mũdi)ex hocipſo ſuccedit in precipuo apl'atus officio: qđ vt diuus tho.dicit/erat gubernare catholicam eccleſiã:hoc enim cõiter apl'is omnibus a chriſto delegatũ fuit:hoc petro ſingulariter paſtorali officio datum eſt/ hoc ſolus petri ſucceſſor hereditat/ ex hocipſo ꝙ ſuccedit petro in pontificatu eccleſie catholice. Hinc igitur ſola ſucceſſoris petri

ſedes vocatur & eſt ſedes apoſtolica: vtpote ea in qua ſola authoritas gubernãdi eccleſiã catholicã (quæ inter facultates legatas apl'is ſummũ tenet locũ) reſidet: hinc ſucceſſor petri apoſtolicus/hinc eius dignitas ſeu officium apl'atus/hinc eius authoritas apl'ica vocatur: vtpote cõplectens ſupremã omnibus apl'is tributã authoritatẽ. ¶ Vnde ſolutio patet omniũ queſitorum: & cur ſolus petrus inter apl'os habet ſucceſſorẽ in apoſtolica authoritate: quia ſcilicet ſolus inſtitutus eſt a chriſto paſtor ouiũ ſuarũ. Et quo pacto cũ hoc ſtat epõs omnes ſuccedere apl'is in epali dignitate & authoritate/& quatenus epõs eſſe oẽs pares: hoc enim nihil omnino obſtat veritati declarate. Et quare eps hieroſolymitanus nõ ſuccedit iacobo in authoritate apl'ica/epus aũt romanus ſuccedit petro in apl'ica authoritate: quia ſcilicet petrus authoritatẽ apoſtolicã habuit etiam vt ordinarius paſtor a chriſto inſtitutus ſuper vniuerſo ouili ſuo: iacobus aũt eam habuit tm̃ vt apl'us. Et hoc nõ rõne aut voluntate humana factũ/ſed chriſti veri dei inſtitutione ordinatũ eſſe monſtratũ eſt: dum petrũ ſolum paſtorẽ ſuarum ouium inſtituit dicens paſce oues meas. Solutio q̃ſitorũ.

¶ Ad argumẽta deinde allata ducẽdo ad incõueniẽs/ rñdẽdo ad primũ dr̃ ſeq̃las nihil valere. Ad ꝓbationẽ aũt (q͞a nõ poteſt ad plures ꝑtinere q͞d ad vnũ tm̃ dr̃) rñdetur ad innumeros ſucceſſores poſſe ꝑtinere q͞d ad vnũ tm̃ officialem ĩſtituẽdo dr̃: qm̃ q͞d ſibi dr̃/cuilibet ſuccedẽti intelligitur dictũ: & ꝓpterea dictũ petro primo paſtori xp̃i ouium inſtituto/cuilibet ei ſuccedẽti in h'mõi officio paſtorali dictum eſt. Et eadẽ eſt ratio de promiſſionibus eidẽ factis. Ad primũ vltio allatorũ

¶ Ad ſecundũ ſimiliter dicitur ſequelam nihil valere: nec eſſe maiorem aut parem rationẽ ꝙ extendãtur hæc verba ad alios apoſtolos qui erãt preſentes/q̃ ad ſucceſſorẽ petri: qm̃ quilibet ſucceſſor licet in ſeipſo tunc non eſſet/erat tñ in ipſo petro ſub eadem officii forma: quo conſtat modo non fuiſſe alios apoſtolos in petro: qm̃ nullus ſub eadem officii forma fuit aut futurus fuit. ¶ Ad tertium dicitur ꝙ Ad ſecũdum. Ad.iii.

nõ ridiculũ ſed diuine rationi cõſentaneum eſt vt omniũ eccleſiarũ cõicantium in eiſdẽ ſacramẽtis &c.ſicut eſt vnũ numero ouile inſtitutum a verbo dei cõmuni omnibus/ ita ſit vnus numero paſtor illius vnius ouilis inſtitutus ab eodem verbo dei cõmuni omnibus. Hoc ſiquidẽ diligenter perſpectum/ non eſt vni particulari eccleſie aut perſone conſulere/ſed vnitati ouilis prouidere: ac per hoc ſicut vnitas ouilis cõmunis eſt eccleſiis omnibus pticularibus/ ita vnitas paſtoris ad omniũ eſt vtilitatem eccleſiaꝝ. Et ſic optime adimpletᷓ qđ apoſtolus dixit .i. ad cor. iii. omnia

Adquartum & quintũ. veſtra ſunt/ ſiue paulus ſiue apollo ſiue cephas. ¶ Ad quartum dicitur ſimul & ad quintũ/cõſequentias nihil valere: vtpote ex impertinentibus ad propoſitũ deductas. Dicta ſiquidẽ a hiero. in vtroqꝫ loco/impertinentia ſunt ad propoſitum: vtpote que de epiſcopis & presbiteris quatenus epi & pbri ſunt dicuntur: equalitas nãqꝫ ſeu identitas diuino iure inter epiſcopos & presbiteros ſiue ſit ſiue nõ ſit/nihil refert ad vnitatẽ paſtoris totius eccleſie: non .n. ideo vnus eſt paſtor totius eccl'ie qa epiſcopus maior eſt pbro: ſed ideo quia vnus eſt ſucceſſor petri/ ſiue presbiteratus ſiue epatus ſit maximus in eccleſia dei ordo. Equalitas autẽ diuino iure epoꝝ inter ſe quatenus epiſcopi ſunt/ nõ eget probatione:quoniã illã aſſerimus:ſed impertinens eſt propoſito: quoniã nõ ideo vnus eſt paſtor totius eccleſie quia vnus eps eſt ſacratior altero(oẽs .n. epiſcopi ſunt equales in epatus ordine/ & nõ eſt magis aut plus epiſcopus ſucceſſor petri q̃ quicũqꝫ alius epiſcopus: ſicut non eſt magis presbiter q̃ quicunqꝫ alius presbiter) ſed ideo vnus eſt paſtor totius eccl'ie & reliquis prelatus epis atqꝫ pbris/ quia vnus eſt ſucceſſor petri. Vnde patet ex hoc ꝙ diuino iure a chriſto inſtituto vnus presbiter ſiue eps petri ſucceſſor ceteris epis & pbris immo toti eccleſie prefertur/nõ ſequi hiero. & allatos a hiero. petrum/ paulum/ ioannem/lucã/ hereſim docere: vt arguentes audent inferre:ſed prudẽs lector ĩtelligit dicta hoꝝ impertinẽter deducta ad ꝓpoſitũ.

❡ Romanum pontificē ſuccedere petro in pontificatu totius eccleſie. Ca. XIII.

SVPPOSITA PETRI SVCCESSIOne oportet monſtrare quis ſit ille ſucceſſor petri in paſtorali cura totius eccleſie: habet enim proprias difficultates an is ſit romanus epiſcopus. ❡ Obiicitur igiť in primis ex par Primo.
te temporis: quia romanus pontifex natus eſt per multos annos poſt petri pontificatū: quū prius petrus ſederit antiochie/ & per multos annos ante abſq; particulari aliqua ſede fuerit. ❡ Et cōfirmatur hec ratio arguēdo ſicut arguit Comfir
apl'us ad ro. iiii. vbi probat ex circūſtantia tēporis & facti matio.
abraham nō ex circūciſione ſed ex fide iuſtificatum: nulla alia ratione vſus q̄ ꝙ abrahā ante circūciſionē fuerit iuſtus apud deū per fidem. Si hoc eius argumentū valet/ neceſſe eſt valere & hoc: ſcilicet. Petrus quando claues accepit a chriſto/nondū erat epiſcopus vrbis rome: ſed erat vnus inter apoſtolos: ergo claues nō ſunt ei date ſecundū ꝙ poſtea vel factus vel mutatus eſt loco vł officio (ſicut abrahe non eſt iuſtitia reputata qualiſcūq; poſt fidē factus fuerit) ſed prout fuit apoſtolus tm̄. ❡ Secūdo. Si ro. pōtifex eſſet Secūdo
petri ſucceſſor in cura totius eccleſie (de hac.n. ſucceſſione ne cōtingat idē ſepius replicari/ ſemper loquimur: niſi quandoq; explicemus de ſola ſucceſſione in epiſcopatu romano nos loqui) oporteret de quolibet romano pontifice verificari verba chriſti ſpectantia neceſſario ad ſucceſſorē petri: ſed nō de quolibet ro. pontifice hec verificari oportet: ergo ro. pontifex non eſt ſucceſſor petri. Probať aūt deſtructio cōſequentis/ex eo ꝙ ro. pontifex poteſt labi in hereſim: & ſic non verificabunť de eo verba chriſti tu es petrus .i. in fide ſolidus: neq; ſuper hanc petrā edificabo eccleſiam meam: quoniam ſoliditas fidei in ipſo ſuper quā edificanda eſt eccleſia/ nō inueniretur: nec ego rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: que omnia ad ſucceſſorem petri

Tertio· dicta eſſe monſtratum eſt· ¶Tertio: quia non omnis ro· pontifex habet chriſti charitatē/ quā tamen tertio chriſtus exegit in inſtitutione officii paſtoralis: non eſt ergo petri ſucceſſor qui exacte a chriſto tūc in petro charitati nō ſuc

Quarto cedit· ¶ Quarto quia: non omnis ro· pontifex paſcit oues chriſti: ſed multi eorum paſcunt oues ſuas: dum ad ꝓpriā gloriam/authoritatē/vtilitatem & alia hmōi pontificatum exercent· Dicente autem domino paſce oues meas/ ſignificauit petri ſucceſſores aut paſtores eſſe debere ouiū chriſti/ipſum amantes/& illas paſcentes doctrina / iuſtitia & aliis hmōi: aut ſi nō amant & docent / nihil hoc verbum ad eos pertinere: ac per hoc non eſſe petri ſucceſſores·

Quinto ¶Quinto quia: priſci ro· pontifices recuſauerunt ſe vniuerſales appellari: gre· n· ſenis epiſtolis hoc reprehendit: & narrat predeceſſores ſuos hoc rennuiſſe· Si ·n· gre· cum aliis noluit vocari epiſcopus vniuerſalis/ cōſequens eſt ꝙ non erat aut non ſe credebat vniuerſalem epiſcopum: idē autē ſonat pontifex vniuerſalis & pontifex totius eccleſie· Non ſuccedit ergo ro· pontifex petro in pontificatu totius

Sexto· eccleſie· ¶ Sexto. Concilium nicenum (vt ſcribitur li· x· ca· vi· hiſto· eccl'iaſtice) ſtatuit ſic· Et apud alexandriā vel in vrbe roma/ vetuſta conſuetudo ſeruetur: vt vel ille egipti vel hic ſuburbanaꝝ eccleſiarum ſollicitudinem gerat· Si ·n· ro· pontifex ſucceſſor eſſet petri in pōtificatu totius eccleſie/ nō ꝓſumpſiſſet nice· conciliū fines ſue ſollicitudi

Septio· ni decernere in ſuburbāis eccleſiis ¶Septimo· Si ro· pontifex chriſti inſtitutione preeſt toti eccleſie vt chriſti vicarius gñalis/ſequitur peccaſſe & peccare omnes qui nō fue

Prima il runt & qui non ſunt ſub ro· pontificis obedientia· Et hinc

latio· ſequitur primo primitiuā eccleſiam totam erraſſe: quū ad

Secūda huc non eſſet ro· pontifex· Sequitur deinde tot ſanctos & martyres vſqꝫ ad quadringentos ānos poſt chriſtū erraſſe quū tunc non recognoſceretur ro· pontifex vt paſtor toti

Tertia· us eccleſie· Sequitur poſtea aſiam/ aphricam atqꝫ greciam in damnatione fuiſſe: vtpote non recognoſcentes ro· pon

tificem vt omnium caput. Sequit̃ demum chriſtianos qui hodie ſunt in perſide / india / ſcitia totoq; oriente damnari: eo ꝙ non ſubſunt ro. pontifici. Manifeſtatur autẽ hos non recognouiſſe ro. pontificem: eo ꝙ non ab ipſo ſeu eius authoritate eorum epiſcopi ſunt inſtituti / eorum concilia ſunt celebrata. ❡ Octauo. Hiero. de viris illuſ. ſcribit: ꝙ achatius epiſcopus ceſarienſis diſcipulus euſebii pāphili imperante conſtantio liberium papam depoſuerit / & felicem conſtituerit. Conſtat autem hoc repugnare primatui romani pontificis / ſi totius eccleſie antiſtes eſſet. Quarta Octauo

❡ Nono. Si vlla eccleſia eſt prima & mater omniũ eccleſiarum & a chriſto domino immediate fundata/nõ eſt alia niſi eccleſia hieroſolymitana: que per multos annos fuit ante romanam: vnde exierunt omnes apoſtoli & epiſcopi ad vniuerſum orbem terraꝝ. In cuius ſignum ab omnibus eccleſiis etiam romana collecte ſoluebantur eccleſie hieroſolymitane. Nono.

❡ Ad huius rei euidentiam conſideranda ſunt duo: primum vnde eſt / ſecundum vnde ſcitur romanum pontificem ſuccedere petro. Circa primum autem diſtinguendũ eſt de ratione ſuccedendi & ratione ſuccedentis: nā ratio ſuccedendi eſt non euangelica inſtitutio / ſed ſubſequutũ factum petri / quo eccleſia romana appropriata eſt petro appropriatione firmata. Declaro ſingula: cautum reddendo lectorẽ in primis ꝙ aliud eſt ſuccedere petro: & aliud eſt ſuccedere petro hunc/ſcilicet romanũ pontificem. Ratio enim ꝙ petrus habeat ſucceſſorem inſtitutio eſt euāgelica: qua dominus in petro paſtorale totius mundi inſtituit officium: vt in precedentibus manifeſtatum eſt. Ratio vero ꝙ petro ſuccedat hic/hoc eſt romanus pontifex/ nõ eſt inſtitutio euāgelica: tũ quia euangelica voce nõ eſt eccleſia ro. appropriata petro/ſed tota eccleſia cõmiſſa ſibi dũ dicit̃ paſce oues meas: & ꝑpterea ſi petrus ꝑſeueraſſet vſq; ad finẽ vt ĩcepit abſq; appropriatiõe alicuꝰ ꝑticularis eccleſie/nec Ro. pontifex nec aliquis alius particularis eps

eſſet petri ſucceſſor: ſed migrante ad cœlum petro fuiſſet vnus electus in ep̄m catholice eccl'ie / qui ſucceſſor fuiſſet petri. Tum quia ſi petrus in ſede antiochena quā ſibi prius appropriauit perſeueraſſet vſq; ad mortem/ non Ro. pontifex ſed antiochenus ſucceſſor eſſet petri. Tum quia ſi petrus diſceſſiſſet ex roma nō tantū loco ſed ſede/ ita ꝙ alibi ſedem elegiſſet/ nō ſucceſſiſſet Ro. pōtifex petro: ſicut nec modo ſuccedit petro antiochenus: quia inde diſceſſit mutando nō ſolum locum ſed ſedem. Ex his enim patet non ex euangelica inſtitutione ortum habere ꝙ Ro. pontifex ſuccedat petro: euangelica ſiquidem inſtitutio de his mutationibus nō ſe impedit: ſed ſubſequētibus factis diſponendum hoc reliquit. Quocirca ex eo ꝙ appropriatione firmata/ romana eccleſia petri pontificatui addicta eſt/ inde ortum eſt vt Ro. pontifex petro ſuccedat. Appropriationē aūt firmatam dicimus/ quia petri morte firmata eſt: & quia chriſti authoritate robur firmitatis obtinuit. Nā (vt eccl'ia cantat/ & ambroſius in oratione contra Auxentiū/ de baſilicis tradendis: quā habes in lib. v. epiſtolarum ambro. poſt trigeſimāſecundā epiſtolam aſſerit: & ante ipſum in libro tertio de excidio hieroſolymitano ca. ii. egiſippus aſfirmat) volenti petro ex vrbe roma diſcedere obuiās xp̄s iuſſit vt rome mortem pateretur/ eidem dicendo venio romam iterum crucifigi: vt non nuda petri mors rome ſed mors iuſſa a chriſto in vrbe roma/ firmaret Romanā ſedē in petri ſucceſſione. Si ad ortū itaq; atq; initium ſucceſſionis Romani pontificis petro ſpectes / rationē ſuccedendi inuenies fuiſſe eccleſie romane appropriationē ad pontificatum petri/ firmatā & petri morte & chriſti mādato. Quū autem dicimus petrum & Ro. pontificē & pontificem eccleſie catholice/ nō duos intelligas pontificatus: non enim ſunt duo in actu: ſed in potentia tm̄ / hoc eſt qa potuiſſent eſſe duo: vt patet ex dictis. Vnde non ſe habent ſicut duo ep̄atus vniti: nō erat ſiquidem in Ro. eccleſia ep̄atus ante petrum/ ſed ipſe petrus ro. eccleſiam euexit in pontificatū/

non alium

non alium q̄ ſuum quem ſecum vehebat: ita ꝙ pōtificatus petri quem a chriſto habuit relatum ad eccleſiā catholicā/ retulit ipſe petrus ad eccleſiam ro. appropriādo ſibi illam. Confert autem nō nihil hec pontificatus vnitas ad hoc vt idem ſit Ro. pontifex & pontifex eccleſie catholice: nō ſolum vnitate perſone/ſed identitate pontificatus. In cuius ſignum nō dantur ro. pontifici duo pallia/ſed vnum tantum quū tamen plura dari conſtet habenti plures pontificatus quibus debentur pallia. ¶ Si autem de ratione ſuccedentis eſt ſermo/euangelica inſtitutio ratio inuenitur ſuccedētis. Romanus ſiquidem pontifex petro ſuccedens authoritatem habet apoſtolicam ab euangelica chriſti voce paſce oues meas: nam cuilibet petri ſucceſſori in petro dixit xp̄s paſce oues meas. Licet itaq; apoſtolicā ſedem romani eſſe pontificis/initium habuerit ex appropriatione eccleſie ro. ad petrum: ex quo tñ firmatum ſic eſt / eoipſo quo aliquis verus eſt Ro. pontifex verus eſt pōtifex eccleſie catholice a chriſto in beato petro inſtitutus. Manifeſtum eſt igitur vñ ro. pontifex eſt petri ſucceſſor/ac totius eccleſie paſtor. ¶ Scitur autē hoc diuina reuelatione facta: tum vniuerſali eccleſie/tum ſanctis doctoribus innumeris/tum ſacris conciliis. Nullus ſiquidem chriſtianus dubitare permittitur ex diuina prodire reuelatione quicquid ad fidei chriſtiane rationem ſpectans(de quoꝝ numero hoc cōſtat per decre. vnam ſanctam/ eſſe)conteſtatum inuenitur a prefatis. Cōmunis chriſtianorum & olim & nunc & ſemper cōfeſſio fuit eſt & erit Romani pont. ſedem ſolam eſſe ſedem apoſtolicam: hoc autem nihil aliud eſt q̄ fateri Ro. pontificem petri ſucceſſorem eſſe rectorem catholice eccleſie: nam in apoſtolica ſede(niſi quis propriā ignoret vocem)claudit̄ apoſtolica authoritas: in apoſtolica autē authoritate facultatem regendi totā eccleſiam includi intelligunt exercitati in ſacris litteris Et hoc vſq; adeo eſt clarum/ vt cōcorditer dicatur apoſtolice authoritati a chriſto orbem cōmiſſum terrarū: ſic vt quilibet apoſtolus vbicūq; cōtingeret ipſum

L

fore inſtituebat eccleſias/inſtituebat epos/& id genus reli
qua faciebat:vt eoꝝ etiā geſta teſtant. Vnde quū.i.ad cor.
xii dicitur:poſuit deus in eccleſia primum aplos:dicit glo.
interli.omniū ordinatores & iudices: manifeſtās aplicam
authoritatē eſſe omniū ordinatricē & iudicem. Cōfitendo
igitur aplice authoritatis ſedē/cōfitemur velimus nolimus
ſedē ordinatricē & iudicem omniū. Hanc aūt eſſe intētio
nem cōfitentium/ex eo etiā aperitur ꝙ ſolā ſucceſſoris pe
tri ſedē apoſtolicā cōfitemur. Extat ſiquidē hieroſolymita
na ſedes/in qua iacobus apoſtolus ſedit/cuius ſucceſſor eſt
eps hieroſolymitanus : cur ſedes illa in qua iacobus aplus
ſedit(que prius tēpore fuit ꝗ quecūꝗ alia partialis ſedes)
nō eſt ipſa quoqꝫ ſedes aplica/niſi quia in illa nō eſt autho
ritas apoſtolica/& in iſta eſt. Nam ſi ex ſola ſucceſſione ad
perſonā apoſtoli affirmaretur a chriſti fidelibus ſedes apo
ſtolica/dubiū nō eſt ꝙ multe eſſent ſedes aplice : & hiero
ſolymitana ſedes eſſet aplica/& romana ſedes eſſet aplica:
modo aūt quia vnicā tm̄ nouit chriſtianus populus ſedem
aplicam/eāqꝫ romani pont. ſedē eſſe plena voce cōfitetur/
clarū relinquitur ꝑ ſedē aplicam intelligi ſedē authoritatis
apoſtolice. Et cōfirmatur: quia ſicut in epali ſede clauditur
pontificia authoritas / & in archiepali ſede authoritas ar
chiepalis/& in ſede patriarchali authoritas patriarchalis/
ita in ſede aplica claudit̄ authoritas aplica: ac ꝑ hoc queād
modū chriſtianus populus ad hmōi ſedes recurrens ad di
ctas authoritates recurrere intēdit/ita ad aplicam ſedē re
currens aut ipſam qūolibet venerans authoritatē aplicam
cōfitetur. Porro in ꝓfeſſione ſedis apoſtolice claudit̄ eius
diuine inſtitutionis cōfeſſio : nā quia ſm veritatē aplica tā
ſedes ꝗ authoritas a ſolo xpo eſt & eſſe poteſt / a quo ſolo
poſſunt apli fieri(neqꝫ.n. minus eſt aplicam ſedē ac autho
ritatē ꝗ aplm inſtituere:ſicut nō minus eſt epalem authori
tatē ac ſedē facere ꝗ epm)neceſſe eſt vt qui aplicam cōfi
tētur ſedē / a Ieſu chriſto immediate illius eſſe authoritatē
fateātur:diuinoqꝫ ꝓinde iure inſtitutā illā eſſe profiteātur.

Et hinc habes ꝙ doctores confitentes romani pontificis ſedem apoſtolicam aut apoſtolatū aut authoritatē apoſtolicam/fatentur romanum pontificem eſſe totius eccleſie rectorem: quod notandum valde eſt/& ſm ſe/& ne oporteat ſepe repeti in authoritatibus ſanctorum &c̄.

¶ Añq̄ aūt authoritates afferātur/ ad obiecta rñdendū eſt. Ad primū ergo dicit̄ nihil obſtare ſucceſſioni ro. pontificis petrū quatenus ro. pontifex fuit/natū eſſe poſt acceptas claues: ſufficit.n. ſucceſſori natū eſſe ante mortem eius cui ſuccedit. ¶ Ad argumentū aūt formatū ad ſimilitudinē argumēti pauli aplī de iuſtificatiōe abrahe: rñdetur militare illud nō cōtra nr̄am ſententiā/ſed potius cōtra arguentes. Manifeſtat̄ aūt hoc diſtinguēdo ſicut in abrahā reputationem iuſtitie a iuſtitia reputata / ita ꝓportionaliter in petro acceptionē clauiū a clauibus acceptis. Nā quēadmodū reputatio ad iuſtitiā/abrahe cōuenit ex fide & nō ex circūciſione poſtea ſubſequuta: ita petro acceptio clauiū cōuenit ex pōtificatu eccl'ie catholice (tūc.n. date ſūt ei claues qñ factus eſt paſtor chriſtiani ouilis) & non ex eccleſia ro. ſeu pontificatu romano poſtea ſubſequuto. Et ſimiliter quēadmodū iuſtitia reputata abrahe/nō eſt reſtricta ad ſtatū preputii/ſed eſt extēſa ad ſubſequutū ſtatū circūciſionis (dicēte apl'o ibidem: ideo ex fide/vt ſm gratiā firma ſit ꝓmiſſio omni ſemini/nō ei qui ex lege ē ſolū &c̄.) ita accepte claues extēſe ſunt ad ſubſequutū poſtea petri pontificatū ro. Rurſus quēadmodū abrahe iuſtitia reputata appropriata eſt ſubſequute circūciſioni/ ſeu ipſi abrahe vt poſtea pater factus eſt circūciſionis / ſic vt eius ſemen ex circunciſione prelatū ſit oībus in conſummatione iuſtitie ꝓmiſſionū & benedictionū abrahe (dicēte apl'o ad gala. iii. abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones & ſemini eius qui eſt chriſtus: quē cōſtat ex circunciſione natū) ita accepte claues appropriate ſunt eccleſie ro. ſeu petro vt factus poſtea eſt pontifex ro. ſic vt per ipſam aperiat̄ regnū celoꝝ oībus cognationibus terre. Vñ patet ꝙ ex hmōi argumēto etſi habetur ꝙ acceptio

Ad primum.

Ad confirmationem.

clauium non pertinet ad petrum niſi ſecundū ꝙ erat tunc
quū accepit claues (erat autē nō ſolū apoſtolus ſed paſtor
ouium chriſti) non tñ habetur ꝙ accepte claues reſtricte
ſint & cōcluſe ad ſtatum illum ꝑciſe: ſed ſubſequendo ſimi
litudinē abrahe habetur ꝙ claues accepte & extenſe & ap⸗
propriate ſunt ad pontificatū romanū/ ſecundū mutationē
qua & loco & officio appropriata eſt petro eccl'ia romana.

Ad ſecū dum. ¶ Ad ſecundū dicit̄ poſſe dupliciter intelligi ſucceſſorem
petri ſeu ro. pontificem nō poſſe eſſe infidelē ſeu hereticū.
Vel de ipſius perſona in ordine ad eccleſiā catholicā: vel
de ipſius perſona ſecundū ſeipſam. Et vtroq; modo verifi⸗
catur: & vtrūq; expreſſit dn̄s in euangelio. Fidem .n. ſoli⸗
dā in petro & ſucceſſoribus ſuis ſecundū ꝓprias perſonas/
ſignificauit dominus & dicens tu es petrus/ in preſenti: &
dicens ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua/ in futuro
Fidem vero eiuſdem in ordine ad eccleſiam/ ſignificauit
dn̄s & dicens ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meā:
& dicens cōfirma fratres tuos. Nec obſtat perſone roma⸗
ni pontificis fidei ſecundū ꝓpriam perſonam/ ꝙ illa perſo
na poteſt eſſe heretica: qm̄ ꝗ primū deſinit eſſe fidelis/ deſi
nit etiam eſſe petri ſucceſſor ſecūdum rei veritatē & apud
deum: apud cuius tribunal qui non credit iā iudicatus eſt:
vt dicitur Io. iii. quicquid ſit ſ̄m forū eccl'iaſticum. Ex quo
tamen idem habetur: nam ex hocipſo ꝙ ille homo qui vo
cat̄ petri ſucceſſor ex caſu a fide iudicio etiā inuitus ſubiici
tur eccleſie/ manifeſtatur ip̄m non eſſe amplius petri ſuc⸗
ceſſorē ſecundū veritatem: nā ſi vere eſſet petri ſucceſſor
iudex eſſet totius eccleſie/ & non eſſet illi ſubiectus inuitus
Ex ſoliditate autē in fide perſone romani pontificis in or⸗
dine ad eccleſiam/ prouenit vt errare non poſſit ſententia
liter diffiniendo de fide chriſtiana: quoniā in hm̄oi diffini⸗
tione cōſtruitur fides vniūerſalis eccleſie/ & per eā edifica
tur eccleſia chriſti ab ipſo chriſto ſuper petrā ſedis ap̄lice.
Impoſſibile autem eſſe cōſtat vniuerſalē eccleſiam errare
in fide. Libet autem intueri ꝗ ſuauiter cōmendata ſit hm̄oi

fidei diffinitio voce euangelica: fide ſiquidē cōſtrui eccleſiam conſtat: quū ſit (vt ad hebr. x. dicitur) ſperandarum ſubſtātia rerum: & ideo edificandi & confirmandi actui reſpondet: vterque .n. ſubſtantiā edificii reſpicit. Sed quoniā fides donum dei eſt: idcirco chriſtus ſibiipſi attribuit edificationem eccleſie ſuper ſedem apl'icā/ dicens & ſuper hāc petrā edificabo eccleſiā meā: firmare vero fideles fluctuantes in ambiguitatibus & queſtionibus que circa fidē emergunt/ quia miniſteriale opus eſt petri & ſucceſſoris/ ideo dicitur petro & ſucceſſori confirma fratres tuos: quicquid enim agit ſedes apoſtolica diffiniendo de fide/ nihil aliud eſt q̄ declarare quid ſub fide a chriſto data cōtinet: ſic .n. confirmat fratres ſuos. Vnde & in calcedonēn. ſynodo dixerunt patres q cōgregati in cōſtātinopolitano cōcilio doctrinam de ſpirituſancto tradiderunt: non quod minus eſſet in p̄cedētibus qui apud niceā cōgregati ſunt inferentes: ſed intellectū aduerſus hereticos declarantes. Et hinc oritur vt diffinitis de fide ab apoſtolica ſede ſubſit etiā ipſe ro. pontifex/ ſicut ſubeſt fidei: non .n. alicui ꝓpterea de nouo ſubiicit/ ſed q̄d implicite credebat tenetur explicite credere/ ex hoc q fides ſufficiēter explicata eſt quo ad hec que prius explicata non erant fidei veritati ſubeſſe. At ſi cuiq̄ mira in hac reſponſione dicta apparebunt: meminerit ſcriptum eſſe mirabilia teſtimonia tua: ſunt .n. hec ieſu chriſti teſtimonia. Sed quid mirari fidelis debet de tali tantaq; diuine gratie aſſiſtentia ſuo in terris vicario: quū caiphe pontifici ſynagoge minus legitimo ac perſequutori ipſius chriſti aſtiterit ad prophetandū ratione pōtificatus: teſtante Io. euangeliſta dum dicit/ a ſemetipſo non dicit/ ſed quū eſſet pontifex anni illius prophetauit q ieſus erat moriturus pro gente Io. xi. Cur .n. ioannes hoc docuit/ cur hoc reuelauit/ niſi vt diuinam aſſiſtentiam peculiarem pontifici eſſe reuelaret? ¶ Ad tertium dicitur: q exacta trina dilectio a petro rectitudinē reſpicit paſtoralis officii & ꝓpterea q nō ſuccedit petro ī dilectiōe chriſti/ nequaq̄ Ad tertium.

ſuccedit eidem in bonitate paſtoralis exercicii: ſed paſtor eſt officio & nomine/ mercenarius autē ſtudio & exercita

Adquartum. tione. ℭ Ad quartū dicitur: ꝙ amare & paſcere oues xp̄i ſpectat ad ſucceſſores petri ſub ratione cōmiſſi & debiti: chriſtus .n. cōmiſit vt paſceret oues ſuas/& ad hoc ſucceſſor tenetur/& ad hoc ſe obligauit ſuſcipiendo pontificatū. Vnde ſi nec amat nec paſcit/nō ꝓpterea locus iſte ad ip̄m non ſpectat: nam multum ad eum ſpectat paſcere chriſti oues ad quem ſpectat vt preceptum & ex officio debitum. Exigit quippe locus iſte paſcentem & amantem: quia exigit vt amare & paſcere debeat. Et q̄uis nō amans nec paſcens indignus ſit paſtorali officio/& mereret̄ illo priuari: non eſſe tamen ꝓpterea priuatum ex vtroqꝫ teſtamēto dicimus. Ezech. ſiquidē .xxxiiii. reprehendunt̄ mali paſtores/ qui non dei gregem ſed ſemetip̄os paſcebant/ appoſitis propheticis minis priuatiōis paſtoralis officii per ip̄m deum exercende: paſtores tamē relinquunt̄. Matth. quoqꝫ xxiii. ſuper cathedram inquit dominus moyſi ſederūt ſcribe & phariſei/ quecunqꝫ dixerint vobis ſeruate & facite:

Ad quītum. ſecundū vero opera eorum nolite facere. ℭ Ad quintum dicitur grego. predeceſſoꝝ veſtigia imitatum refutaſſe ſe vniuerſalem appellari: ea ratione vt ipſe millies dicit/ q̄a ſi vnus vniuerſalis epiſcopus dicitur/ſolus ipſe epiſcopus videtur dici: & ſic ceteris ep̄atus tolleretur. Non autem ea ratione ꝙ ro. pontificis authoritas reſtricta ſit/ & ad vniuerſalem non ſe extendat eccleſiam: ſuperbum .n. vocabulum vtpote reliquorum epiſcopoꝝ iniuriam pre ſe ferens horruit gregorius/& nō rem apoſtolice authoritatis extēdentis ſe ad vniuerſalem eccleſiam. Vnde poſt inferius ad mauricium impera. afferenda verba de petri authoritate ſuper totam eccleſiam: ſubiungit de petro. Cura ei totius eccleſie & principatus cōmittit: & tamen vniuerſalis apoſtolus non vocatur. Vbi patet grego. ſimul affirmare curā totius eccleſie/& negare vniuerſalis vocabulū. Propter quod poſteriores pōtifices ro. rem tenentes nec a grego.

humilitate diſcedentes/ vniuerſalis nomen a recto in obli
quū transtulerunt: & ſubſcribūt ſe in hodiernū diem/Ego
N. ep̄s eccleſie catholice. ¶ Ad ſextum dicit: ꝙ aliud eſt Ad ſex-
loqui de authoritate/& aliud de exequutione: cū authorita tum.
te ſiquidē ro. pontificis ſuper totā eccleſiā/ mos fuit lauda-
bilis vt nō exequeret papa ea q̄ ad particulares aliarū eccle
ſiarū curas ptinebāt/ niſi caſus aliquis id exegiſſet. Et hinc
mos fuit vt ep̄i ab archiep̄is cōfirmarent/curati ab ep̄is da
rentur/ & innumera ſimilia fiebant. Et hec eſt illa vetuſta
cōſuetudo cuius meminit nicenū cōci. quod annuente ro.
pontifice ibi per ſuos legatos p̄ñte de obſeruatione huius
vetuſte cōſuetudinis ſtatuit. Ex hoc aūt nō ſequit ſtatutum
eſſe de authoritate ro. pontificis aut leſam fuiſſe illius au-
thoritatē: ſicut nec hodie minuit aut leditur ro. pontificis
authoritas ex eo ꝙ in multis prouinciis ro. pontifici obe-
dientibus/hmōi exequutiones per prouinciales fiunt. ¶ Ad Ad ſepti
ſeptimū dicit: ꝙ ro. pontificē chriſti inſtitutione eſſe pre- mum.
latū ceteris/poteſt dupl'r intelligi: vl' quo ad rōnē initii: &
ſic falſū eſt/iuxta ſuperius declarata. Vel p̄ſuppoſita appro
priatiōe eccl'ie ro. ad petrū: & ſic veriſſimū ē: & ppea cō-
cedit ſequela/ſcilicet oēs peccare & peccaſſe q eū nō reco
gnouerūt vt p̄latū. Et quū infert primo ꝙ primitiua eccl'ia Ad pri-
erraſſet/negat ſeq̄la: qm̄ tūc adhuc nō fuerat appropriatio mam il-
eccl'ie ro. ad petrū: qua p̄ſuppoſita pont. ro. preeſt oībus. lationē.
Sufficiebat ſiquidē tūc ꝙ tota eccleſia recognoſceret petrū
vt totius eccl'ie paſtorē: poſt appropriatā aūt ro. eccleſiam
oportet recognoſcere ro. pōtificē ſucceſſorē petri/paſtorē
totius eccl'ie/ nō quatenus eſt ro. pōtifex/ſed quatenus eſt
ſucceſſor petri/p ſe & formaliter loquēdo. Quū vero infer Ad ſecū
tur ſcḋo ꝙ tot martyres & ſancti ad quadrīgētos ānos pec dam.
caſſent/qa nō recognouerūt ro. pōtificē: r̄ndet falſum eſſe
hmōi martyres & ſanctos nō recognouiſſe ro. pōt. a prin
cipio. n. eccl'ie petrus recognitus eſt/& ſucceſſiue ro. pōt.
ei ſuccedēs: vt ſubſeq̄ntes manifeſtāt auctes ſanctorū. Et ſi Ad ter-
mil'r quū tertio inferē aſiā aphricā & greciā erraſſe/ qa nō tiam.

fuerũt ſubdite ro.eccľie:manifeſte erratur/& que falſiſſima
cõprobanť iducũtur: plenũ ſiqdẽ regiſtrũ grego.curis aſie
Adquar aphrice & grecie/ teſtatur oppoſitũ. Quod demũ inducit
tam. chriſtianos hodie orientales non ſubeſſe Ro. eccleſie(niſi
de ſciſmaticis ſit ſermo)falſum eſſe / ex geſtis in concilio
floren.ſub eugenio.iiii.patere poteſt: ibi ſiquidẽ iacobite/
armeni atq; greci Ro.pontificem vt paſtorẽ totius eccle-
ſie recognoſcere ſe confeſſi ſunt. Ad probationem autem
ſubiunctam:quia nec ep̃i ibi a papa inſtituuntur/nec cõci-
lia eorum pape fiunt authoritate: iam patet quid dicẽdum
eſt: ſcilicet ꝙ hmõi exequutionũ cõſuetudo in quibuſcũq;
prouinciis/pape nec tollit nec ledit authoritatem. Verũtñ
pluries noſtra etate viſum eſt ab oriẽtalibus miſſum ad ro.
pontificem pro ſurrogando ep̃o ſeu cõfirmando electo: &
Ad octa tempore alexandri.vi.& Iulii.ii. ¶ Ad octauũ dicitur nos
uum. de iure diuino loqui:arguentes autem obiiciunt dãnatum
violentie factum: vt ipſamet verba hiero. teſtantur:ait.n.
Achatius intantũ claruit vt in locum liberii felicẽ arrianũ
ſubſtitueret. Vnde felix ille in cathalogo pontificũ non eſt
cõputãdus:vt teſtať aug.in ep̃la ad generoſum: & eſt ep̃la
clxv. Ibi ſiquidem aug. a petro vſq; ad tunc temporis Ro.
pontificẽ anaſtaſium ſingulos ſucceſſiue recenſens/liberio
Ad no- damaſum ſucceſſorem ponit/non felicem. ¶ Ad nonum
num. dicitur romane eccleſie appellatiõe intelligi poſſe vel ip-
ſum corpus ro.eccleſie ſecũdum ſe/vel ſecundũ ſuũ caput:
& ꝙ licet Ro.eccleſia ſecundum reliqua eius membra nõ
ſit prima nec mater omniũ eccleſiarum/nec immediate in
ſtituta a chriſto:ipſa tñ eadem eccleſia romana ſecundum
ſuũ caput petrum ac petri ſucceſſorem/prima eſt ac mater
& magiſtra omnium eccleſiarum/ & immediate a chriſto
euangelica voce authoritatem ac firmitatẽ habens:vt pre-
declaratum eſt. Vnde tam canonum q̃ ſanctorũ ſententie
romanã eccleſiam primam / magiſtram matrẽq; eccleſia-
rum omnium aut a chriſto domino euangelica voce fun-
datam firmatãq; ſonantes/vere ſunt ratione capitis. Et hoc
intendunt

intendunt qui hec ſcripſerũt: vt ex eo patet ꝙ eoꝝ ſentẽtia fundat̃ ſuꝑ verbis dñi ad petrũ: qui caput fuit & in ſuis ſucceſſoribus eſt eccleſie ro. Vnde nihil obſtãt huic primatui que de hieroſolymitana eccleſia afferunt̃: nã illa non fuit prior petro: ſed ſubdita fuit petro. Collecte aũt eccleſie hieroſolymitane / nõ vt prelate ſed vt indigenti ab aliis dabãtur: vt patet ad gal. ii. vnde impertinẽtes ſunt ad propoſitũ.

¶ Authoritates ſanctoꝝ antiquoꝝ & conciliorum / affirmantes in petro ac ro. pontifice ſucceſſore petri totius eccleſie pontificatum inſtitutum. Ca. XIIII.

RELIQVVM EST VT ILLIS quoqꝫ fiat ſatis / qui neſciunt a priſcis eccleſie patribus in aſia / aphrica & europa veneratũ eſſe romanũ pont. vt totius eccleſie paſtorẽ / nõ humana ſed diuina ratione: ſcilicet quia in petro inſtitutus eſt rector eccleſie vniuerſalis. ¶ Afferendas ꝓpterea cenſui grecoꝝ ac latinoꝝ antiquoꝝ eccleſie patrũ ac doctorum ſententias: nõ omnes nec omnium ſed tot vt ſufficiant ad claram notitiã ꝙ ro. pontifex petri ſucceſſor eſt & habitus eſt ſemꝑ in petro inſtitutus paſtor & rector totius eccleſie. ¶ Et a grecis incipiendo: chriſo. omel. lv. ſuper matth. exponens illud / ſuper hanc petram / dicit: petrum eccleſie future paſtorem conſtituit. Et infra. Deus concedere ſolus poteſt peccatoꝝ remiſſionem / & vt futura eccleſia tot tantiſqꝫ fluctibus impetu irrumpentibus immobilis maneat: cuius paſtor & caput piſcator homo atqꝫ ignobilis terrarum orbe reluctante: adamantis naturã firmitate ſuperet: hec inquam omnia que ſolius dei ſunt / ſe pollicetur daturum. Et infra: hunc ſcilicet petrum vniuerſo terraꝝ orbi chriſtus prepoſuit. Et licet ſuperius gloſauerit & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam .i. fidẽ atqꝫ confeſſionem: inferius tamen ait: ego dico tibi tu es petrus / & ego ſuper te edificabo eccleſiã meã. ¶ Et omel. vlt. ſuper ioannem / tractans illud: ſimon ioannis diligis

me plus his? &c̄. dicit. Aliis omiſſis dumtaxat petrum af/fatur/fratrum ei curam cõmittit: neq; negationis meminit neq; exprobrat: tantum dicit/ ſi amas me fratrum curam ſuſcipias. Et infra tractans illud ſequere me/ ait. Inquit ei ſequere me: quibus verbis iterum curam & familiarem in eum affectum oſtendit. Qđ ſiquis percontaretur quomo/do iacobus hieroſolymis ſedem acceperit? reſponderem hunc totius orbis magiſtrum prepoſuiſſe. Et infra tractãs illud/ domine hic autem quid? dicit Nam quũ magna do minus petro cõmunicaſſet/ orbis terrarum curam deman daſſet/ martyrium predixiſſet/ & maiorem &c̄.

¶ Theophilus quoq; luc. xxii. tractans illud/ & tu aliquan do conuerſus confirma fratres tuos: ait. Poſt q̄ me negato ploraueris ac penitueris corrobora ceteros: quũ te princi/pem apoſtolorum deputauerim: hoc enim decet te qui me cum robur es & petra eccleſie. Et infra. Quum eſſet apo/ſtolus denegauit: ac iterum per penitentiam obtinuit pre/rogatiuam vt eſſet antiſtes mundi. ¶ Et ſuper Io. vlt. ca. ſuper illud/quum ergo prandiſſent/ait. Finito prandio cõ/miſſionem ouium mundi petro commendat/ non alii. Et ſuper illud ſequere me/ ait. In hoc q; dicit dominus petro ſequere me/cunctorum fidelium prelaturam ei inſtituit. Et infra ſuper illud donec veniam: ait. Ideſt dum hũc ſcilicet ioannem volens dirigam ad predicandum: te nanq; nunc dirigo ad orbis pontificatum: & in hoc me ſequere.

¶ Cirillus patriarcha alexandrinus in libro theſau. Sicut chriſtus accepit a patre ſceptrum eccleſie gentium/dux ex iſrael egrediens ſuper omnem principatum & poteſtatem ſuper omne quodcunq; eſt/ vt ei cuncta curuentur: ſic & petro & eius ſucceſſoribus pleniſſime commiſit: & nul li alii q̄ petro chriſtus quod ſuum eſt plenum ſed ipſi ſoli dedit. Et rurſus. Pedes chriſti humanitas eſt/ ſcilicet ipſe homo: cui tota trinitas pleniſſimam dedit poteſtatem: quē vnus trium aſſumpſit in vnitate perſone/ tranſuexit ad pa trem ſuper omnem principatum & poteſtatem/ vt ado/

rent eum omnes angeli dei: quem totum dimiſit per ſacra mentum & poteſtatem petro & eccleſie eius. Et iterum. Petro omnes iure diuino caput inclināt: & primates mun di tanq̄ ipſi domino ieſu obediunt. Et iterum. Ipſius apo- ſtolici throni romanorum pontificum ſolius eſt reprehen dere / corrigere/ ſtatuere/ ſoluere/ diſponere/ & loco illius ligare qui ipſum edificauit.

℄ Maximus in epiſtola oriētalibus directa. Omnes fines orbis qui dominum ſincere receperunt/ & vbiq; terrarum catholici veram fidem confitentes in eccleſiam Romano- rum tanq̄ in ſolem reſpiciunt / & ex ipſa lumen catholice & apoſtolice fidei recipiunt.

℄ Cirillus patriarcha hieroſolymitanus/ex perſona chriſti loquens dicit petro. Tu cum fine & ego ſine fine cum om- nibus quos loco tui ponam/plene & perfecte ſacramento & authoritate ero ſicut ſum & tecum.

℄ Concilium calcedoneñ.(vt in eius geſtis legitur) tem pore ſancti leonis & martiani imperatoris acclamauit leo ni pape: leo ſanctiſſimus apoſtolicus & vniuerſalis.

℄ Et prius tempore diocletiani & maximiani imperatoꝝ (vt habet̄ di. xxi. nunc aūt) quū marcellinus papa & po- ſtea martyr timore ductus turificaſſet idolis/ſynodus ep̄o- rum collecta huius rei gratia dixit: prima ſedes non iudi- cabitur a quoq̄.

℄ Et longe ante anacletus martyr traiani tempore/ natiōe grecus/patria athenienſis/ait. Sacroſancta romana & apo- ſtolica eccleſia non ab apoſtolis ſed ab ipſo domino & ſal uatore noſtro primatū obtinuit: ſicut beato petro apoſtolo dixit: tu es petrus/ & ſuper hanc petram edificabo eccleſiā meam/ & tibi dabo claues &c̄. vt habetur diſtin. xxii. ſacro ſancta. Et rurſus vt habetur diſtin. xxi. in nouo. idem dicit In nouo teſtamento poſt chriſtum dominum a petro ſa- cerdotalis cepit ordo: quia ipſi primo pontificatus in eccle ſia chriſti datus eſt domino dicente ad eum: tu es petrus & ſuper hanc petram &c̄. Et iterum. Electionem ſummoꝝ

pontificum ſibi dominus reſeruauit·lxxix · diſt· eiectionẽ.
¶Marcellus papa & martyr tempore diocleriani & maxi
miani/ſeu cōſtantii & galeri/qui imperii gubernacula ſu-
ſceperunt poſt diocletianum & maximianum in ca.roga-
mus vos·xxiiii·q·i·ait de petro·Ipſe eſt caput totius eccle-
ſie:cui dominus ait/tu es petrus & ſuper hanc petram edifi
cabo eccleſiam meam &c̈·
¶Cyprianus quoq martyr in tractatu de ſimplicitate pre-
latorum dicit ea que referūtur xxiiii.q·i·loquitur dominus
que breuitatis cauſa non duxi repetenda·In illis ſiquidem
petri pontificatus ſatis patet: vt declaratum ſuperius eſt.
¶Ambroſius in ſermone·xlvii·de fide petri apoſtoli: &
habetur diſtinctione · l·ca·fidelior · dicit de petro · Tanq̄
bonus paſtor tuendum gregem accepit: vt qui ſibi infir-
mus ante fuerat fieret omnibus firmamentum : & qui ipſe
interrogationis tentatione nutauerat/ceteros fidei ſolidita
te fundaret · Deniq pro ſoliditate deuotionis eccleſiarum
petra dicitur:ſicut ait dominus / tu es petrus & ſuper hanc
petram edificabo eccleſiam meam : petra enim dicitur eo
ꝙ primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit/ & tāq̄
ſaxum immobile totius operis chriſtiani compagem mo
lemq contineat· ¶Et idem in hymno dn̄icali petrū petrā
eccleſie appellat/dicens:hoc ipſa petra eccleſie canēte cul-
pam diluit · Teſtatur ſiquidem auguſtinus in libro primo
retract·ca·xxi·hūc hymnum ambroſii eſſe· ¶Et in ſermo.
xi·de mirabilibus·Hanc igitur ſolam eccleſie nauem aſcē-
dit dominus/in qua petrus magiſter eſt conſtitutus: dicēte
domino / ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam·
Que nauis in altum ſeculi iſtius ita natat: vt pereunte
mundo omnes quos ſuſcipit / ſeruet illeſos · Cuius figu-
ram iam in veteri videmus teſtamento · Sicut enim noe
arca/ naufragante mundo cunctos quos ſuſceperat / inco-
lumes reſeruauit: ita & petri eccleſia conflagrante ſeculo
omnes quos amplectitur / repreſentauit illeſos · Et ſicut
tunc tranſacto diluuio ad arcam noe columba ſignū pacis

detulit: ita & tranſacto iudicio ad eccleſiam petri chriſtus gaudium pacis referet: quia ipſe columba vel pax eſt. ¶ Et idem ſuper epiſtolam primam ad thi. ca. iii. tractans illud: vt ſcias quemadmodū oporteat te in domo dei cōuerſari/ que eſt eccleſia dei viui &c̄. ait. Quū totus mundus dei ſit: eccleſia tamen domus eius dicitur/ cuius hodie rector eſt damaſus: mundus enim in preuaricatione eſt diuerſo turbatus error̄: ideo illic neceſſe eſt dicatur eſſe domus dei & veritas/ vbi ſecundum volūtatem ſuam timetur. ¶ Et in li. de exceſſu fratris ſui nomine ſatiri narrat commendat ac tuetur cautelā ac ſapientiam eiuſdē in peregrinis partibus percōtantis ſi ep̄s eſſet catholicus/ hoc eſt cū romana eccleſia conueniret: dicens ca. vii. Aduocauit ad ſe ep̄m nec vllam putauit veram niſi vere fidei gratiam: percūctatuſq; ex eo eſt vtrūnā cū' ep̄is catholicis hoc eſt cum Romana eccleſia cōueniret. Cū romana dixit nō hieroſolymitana non antiochena nō cōſtantinopolitana &c̄. cur hoc niſi quia romana cōis eſt omnibus caholicis/ ꝓculdubio vt caput. Simile ſiquidem apud Hieronymū refugiū inuenies/ ſcribentē ad damaſum epiſtola ſeptima. Ego interim clamito ſiquis cathedre petri iungitur/ meus eſt.

¶ Hiero. ſup math. ait. Symoni qui credebat in petrā xp̄m petri largitus eſt nomen: ac ſecundum metaphoram petre recte dicitur ei/ edificabo eccleſiā meā ſuper te. ¶ Rurſus ad damaſum: & habetur. xxiiii. q. i. quoniam vetuſto. Ego nullum premium niſi chriſtum ſequens/ beatitudini tue i. cathedre petri cōmunione conſocior: ſuper illam petram edificatā eccleſiam ſcio. Et infra. Quicunq; tecum nō colligit ſpargit: hoc eſt qui chriſti non eſt/ antichriſti eſt. Vbi nota hiero. pro eodem cōputare chriſtum & papam quātum ad ea que ſunt fidei: de his. n. cū loqui clare patet videnti epiſtolā iſtam. ¶ Idē quoq; libro primo cōtra

tet ex ſolutione ſubiunctæ mox queſtionis: ſed cur non ioannes virgo electus eſt? ſoluit enī ne magiſter bonus qui dixerat pacem meam do vobis &c̄. in adoleſcētem quem dilexerat cauſam prebere videretur inuidie. ¶ Idem rurſus epiſtola. ii. ad damaſum: et habetur. xxiiii. q. i. hec eſt fides ait. Si hec noſtra cōfeſſio apoſtolatus tui iudicio comprobatur: quicunq; me culpare voluerit/ ſe imperitum vel maliuolum vel etiam non catholicum/ non me hereticum cōprobabit. Vbi quia vides ex ſedis apoſtolice iudicio pendere eſſe vel nō eſſe catholicum aut hereticum / ſummum chriſti in terris tribunal agnoſcere potes: ad quod de fide iudicium ſpectare conſtat.

¶ Auguſtinus non ſolum petrum principem apoſtolorū affirmat: ſed quum conſuleretur ſedes apoſtolica de fide contra pelagianam hereſim/ a duobus conciliis carthaginenſi & mileuitano ſubſcriptus inuenitur. Et reſpondente Innocentio papa ad carthaginenſe quidem concilium. Patrum inſtituta ſacerdotali cuſtodientes officio non cenſetis eſſe calcanda/ ꝙ illi non humana ſed diuina decreuere ſententia / vt quicquid de diſiunctis remotiſq; prouinciis ageretur non prius ducerent finiendum niſi ad huius ſedis notitiam perueniret: vbi tota huius authoritate iuſta que fuerit pronunciatio firmaretur: indeq; ſumerent cetere eccleſie velut de natali ſuo fonte aque cūcte procederent. Et per diuerſas totius mūdi regiones puri capitis incorrupte manerēt: quid precipere/ quos abluere/ quos velut in ceno inemundabili ſordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret. Ad concilium vero mileuitanum. Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror omnes fratres & coepōs noſtros non niſi ad petrum. i. ſui nominis & honoris authorem referre debere: velut nūc retulit veſtra dilectio ꝙ per totum mundum poſſit omnibus eccleſiis in communi prodeſſe. Auguſtinus ad paulinum epiſtola. cvi. referens hec geſta cōmendat innocentii litteras reſponſiuas ſubiungens. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo quo fas erat atq;

oportebat apoſtolice ſedis antiſtitem.

¶Rurſus ſecundo libro de baptiſmo/contra donatiſtas capitulo primo(& habet.ii.q.vii.puto)petri cathedrā cuilibet prefert: ep̄atui quum cōparādo cyprianum petro ait. Vereri debeo ne in petrum contumelioſus exiſtam: quis enim neſcit illum apoſtolatus principatum cuilibet ep̄atui preferendum?ſed etſi diſtat cathedrarum gratia/ vna tamē eſt martyrum gloria.

¶Item in ſecundo libro de doctri. chriſtiana / non longe verſus prīcipiū/ decretales epiſtolas apoſtolice ſedis inter canonicas habendas ſcripturas cenſet/ dicēs.In canonicis ſcripturis eccleſiarum catholicarum/q̄plurium diuinarum ſcripturaꝝ ſollertiſſimus indagator authoritatē ſequatur: inter quas ſane ille ſint quas apoſtolica ſedes habere/& ab ea alii meruerunt accipere epiſtolas.Qui enim decretales fidei quas apud ſe habet vel aliis miſit ap̄lica ſedes inter canonicas eſſe habendas ſcripturas affirmat / ſupponit proculdubio apoſtolicam ſedem non ſolum cunctis prelatam ſedibus:ſed diuinam vtpote fidei magiſtram.

¶Gregorius in regiſtri libro quarto ep̄la.xxxii.ad mauritium auguſtum ait. Cunctis euangelium ſcientibus liquet ꝙ voce dominica ſancto & omnium apoſtolorum principi petro apoſtolo totius eccleſie cura commiſſa eſt: ipſi quippe dicitur petre amas me? paſce oues meas.Ipſi dicit̄ ecce ſathanas expetiit cribrare vos ſicut triticum:& ego ꝑ te rogaui vt nō deficiat fides tua/& tu aliquando cōuerſus confirma fratres tuos.Ipſi dicitur tu es petrus & ſuper hāc petram edificabo eccleſiam meam/& porte inferi non preualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cœloꝝ/ & quodcunq; ligaueris ſuper terrā erit ligatum & in celis/ & quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutū & in celis. Ecce claues regni [illegible] pit:poteſtas ei ligādi & ſol-

aſſumptionis dic ait. De toto mundo vnus petrus eligitur qui & vniuerſarũ gentium vocationi & omnibus apoſto/lis cunctiſq; eccleſie patribus preponatur: vt q̃uis in popu lo dei multi ſacerdotes ſint/multiq; paſtores/omnes tamẽ regat petrus quos principaliter regit & chriſtus. Magnum & mirabile dilectiſſimi huic viro cõſortium potentie ſue tribuit diuina dignatio: & ſiquid cum eo cõmune ceteris voluit eſſe principibus/nũq̃ niſi per ipſum dedit/quicquid aliis non negauit.

¶ Venerabilis beda ſup illud Io. i. intuitus autem in eum Ieſus dicit. Vidit cordis eius ſimplicitatem/animi ſublimi tatem: cuius merito cuncte eſſet preferendus eccleſie.

¶ Bernardus non ſolum pluries Romanum pontificem Ieſu chriſti vicariũ & totius eccleſie caput appellat: ſed in epiſtola prima ad eugenium papam. ccxxxvii. in or/dine epiſtolarum ait. Locus in quo ſtas terra ſancta eſt/ locus petri eſt/locus principis apoſtolorum/ vbi ſteterunt pedes eius: locus illius eſt/ quẽ conſtituit dñs dominũ do/mus ſue & principem omnis poſſeſſionis ſue: merito tali paſtori tali nutritio cõmiſſa eſt eccleſia/ quũ adhuc tenera adhuc in cunabulis eſſet. ¶ Et in ep'la. ccxlii. ad romanos qñ diſceſſerunt a dño papa/ait. Cur regem terre/ cur dñm celi furore tam intollerabili q̃ irrationabili in vos pariter prouocatis/dum ſacram & apoſtolicam ſedem diuinis re/galibuſq; priuilegiis ſingulariter ſublimatã/ auſu ſacrilego inceſſere/ ſuoq; minuere honore cõtenditis? ¶ Et in ep'la cxxxi. ad mediolanenſes/ de plenitudine poteſtatis apoſto lice ait. Romana eccleſia valde clemens eſt/ ſed nihilomi/nus potens: fidele conſilium & omni acceptione dignum: noli abuti clementia/ne potentia opprimaris. Sed dicit ali quis: debitã ei reuerentiã exhibebo/ & nihil amplius. Eſto. Fac quod dicis: quia ſi exhibeas debitã / & omnimodam. Plenitudo ſiquidẽ poteſtatis ſuper vniuerſas orbis eccl'ias ſingulari prerogatiua apoſtolice ſedi donata eſt: qui igitur huic poteſtati reſiſtit/dei ordinationi reſiſtit. Poteſt ſi vtile

iudicauerit nouos ordinare epiſcopatus vbi hactenus nõ fuerunt: poteſt eos qui ſunt/ alios deprimere / alios ſublimare: prout ratio ſibi dictauerit: ita vt de epiſcopis creare archiepõs liceat/ & ecõuerſo ſi neceſſe viſum fuerit. Poteſt a finibus terre ſublimes quaſcũꝙ pſonas eccleſiaſticas euocare/ & cogere ad ſuam preſentiã: non ſemel aut bis: ſed quotiens expedire videbit. Porro in promptu eſt ei omnẽ vlciſci inobedientiã ſiquis forte reluctari conatus fuerit.

¶ In geſtis concilii conſtãtieñ. inter damnatos articulos ioannis vuiclef / & ioannis hus reperiunt̃ hi duo: ſcilicet petrus non eſt nec fuit caput ſancte eccleſie catholice: nõ eſt de neceſſitate ſalutis credere ro. eccleſiã eſſe ſupremã inter aľs eccleſias. Et ſubditur. error eſt: pro quãto negaret primatũ ſummi põtificis ſuper alias eccleſias particulares.

¶ Sanctus tho. in .iiii. cõtra gẽ. ca. lxxvi. poſtq̃ multipliciter probauit vnum epiſcopũ prelatũ a chriſto toti eccleſie/ ſubdit. Per hoc autẽ excluditur quorundã preſumptuoſus error/ qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia & ſubiectione petri / ſucceſſorem eius romanũ pontificem vniuerſalis eccleſie paſtorem non recognoſcentes.

¶ In concilio quoꝙ vniuerſali florentie ſub eugenio .iiii. vbi grecorum/ armenorum & iacobitarum cum romana eccleſia facta legitur vnio/ habent̃ hec verba. Diffinimus ſanctam apoſtolicam ſedem & ro. pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum: & ipſum romanũ pontificẽ ſucceſſorem eſſe beati petri principis apoſtolorum/ & verum chriſti vicarium / totiuſꝙ eccleſie caput & omnium chriſtianorum patrem ac doctorem exiſtere: & ipſi in beato petro paſcendi/regendi & gubernandi vniuerſalẽ eccleſiam a domino noſtro ieſu chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe: quemadmodũ etiã in geſtis hicumenicoꝝ cõciliorum/ & in ſacris canonibus cõtinetur. Hec ibi. ¶ Vbi

omnibus ad firmandam fidem huius veritatis.

¶ Pretereo turbam canonũ & doctoꝝ (quã dinumerare nemo poteſt) idẽ ſentientiũ. Tam euidenter ſiquidem ex his que attulimus clarum eſt ro. pontificem petri ſucceſſorem/ a chriſto in petro inſtitutũ eſſe totius eccleſie paſtorem/ vt locus dubitationi nullus relictus ſit. Siquis autem poſt hec heſitans inuenitur/ aut rudis & ineptus/aut cũ hereticis ſeu ſciſmaticis ſapit/ aut certe chriſtianus non eſt: ineruditus quippe valde & indocilis eſt qſquis certitudinẽ mathematicam in omnibus querit: vt philoſophi tradunt. Hereticoꝝ atq; ſciſmaticoꝝ propriũ eſt ſacra vti ſcriptura/ ſecundũ ſenſum tñ quo ipſi faciunt illã ſonare. Chriſtianoꝝ autẽ qui vere catholici ſunt ſapientia/ſacrã ſcripturã intelligit ſecundũ ſenſum quẽ ſancti doctores/quem ſacra concilia/ aplica authoritate roborata interpretanẽ. Hunc ſciendi chriſtianã veritatẽ modũ quiſquis repellit/chriſtianus nõ eſt: ab hac via qui recedit/infidelis inuenit̃. Nam licentia exorbitandi ab hac via ſi admittit̃/ trinitatis vnam ſubſtantiã reuocare in dubiũ cũ arrio fas eſt: ſpiritũ quoq; ſanctũ procedere a filio/ ambiguũ adhuc cum priſcis erit: panẽ in ſacramento altaris cõuerti in corpus chriſti dubitabit̃. Hec .n. omnia nulla alia via aut aucte ſunt chriſtianis reddita certa & indubia fide tenẽda/ niſi interpretatione ſacre ſcripture iuxta ſanctoꝝ documenta/ & ſacroꝝ cõcilioꝝ authoritate aplica firmatoꝝ diffinitionẽ. Quocirca quũ textus euangelici ad propoſitũ adſint/ & ſanctoꝝ doctrina cõformis in ꝓpoſito pateat/ nullo penitus ſanctoꝝ reluctante/ ſacrorũq; concilioꝝ cum apoſtolica authoritate inueniatur definitio/ omniſq; chriſtianoꝝ etas a petro hucuſq; in ſancta eccleſia catholica hoc confeſſa inueniat̃/ reliquorũq; doctoꝝ teſtimonia innumera ſint: certum ita. redditur romanũ pontificem petri ſucceſſorem in petro a chriſto inſtitutum totius eccleſie paſtorem/vt certior fides haberi non poſſit. Amen.

¶ Rome Anno chriſtiane ſalutis. M.D.XXI. etatis vero proprie quinquageſimoſecundo/die. xviii. Februarii.

¶Impreſſum Rome per Marcellum Silber al's franck. Anno ſaluatoris. M. D. XXI. Vdnecimo kalendas Aprilis.

¶Laus vni & trino.

Digitized by Google

VA1 1530202